

te passionem, non patulit janus pro tunc. Ad ultimum dico, quod Baptismus quantum ad actum externum, non significat, nisi quandam deletionem immunditie corporalis, & tamen nullus negat aliquid esse ejus effectum positivum. Dico ergo ad majorem, quod Sacramentum magis proprie significat illum effectum in anima, ad quem conicitur gratia in Sacramento, quam signet ipsam gratiam; unde gratia existente una in anima, Sacramenta tamen diversa, distinguuntur perne diversa significata propria, que sunt diversi effectus eisdem genere, sicut dicitur postea; effectus tamen gratie tam in Circumcisione, quam in Baptismo proprius, est ablutio anime peccata: licet concomitetur alius, scilicet, acceptatio ad vitam eternam.

QUÆSTIO VII.

Utrum tempore legis natura fuerit aliquod Sacramentum correspondens Circumcisioni.

Videtur quod non de *conf. alt. 4. Quod apud, & est Gregor. Moral. 4. lib. Quod agit apud nos aqua Baptismi, hoc agit apud veteres pro parvulis sola fides: vel pro majoribus virtus sacrificii: non ergo Sacramentum.* Item, Sacramentum non potest institui, nisi immediate a Deo, patet in questione de Sacramento institutione. Sed non legitur Deum tempore illius legis, (saltem usque ad Abraham) instituisse aliquod Sacramentum. Contra, August. 19. contra Faustum: *In nullum nomen religionis possunt homines colligari, nisi aliquorum signorum, velut Sacramentorum vjibitulum, consensio colliguntur.*

Respondendo, nullo tempore dimisit Deus cultores suos sine remedio necessario ad salutem: sed omni tempore post lapsum fuit necessaria ad salutem delictio originalis: ergo quocunque tempore aliquod remedium efficax erat ad hoc, & si potuit deleri in adultis per motum bonum intrinsecum; tamen in parvulis, in quibus talis motus fuit impossibilis, non potuit deleri per actum suum proprium: ergo per actum aliquem aliorum circa ipsos, vel ad ipsos relatum, Sed non poterat esse certum, quod actus alterius relatus ad parvulum sufficeret sibi, nisi hoc esset institutum a Deo. Nullus enim potest esse certus, quod per aliquid attingat ad salutem, nisi fit certus, quod Deus acceptavit illud tanquam sufficiens ad talem finem.

Cum ergo non solum adultis cultoribus suis provideret Deus de remedio necessario ad salutem, fed etiam parvulis eorum (& hoc de remedio, de quo parentes possunt esse certi pro parvulis) sequitur quod tempore illius legis nature erat a Deo institutum aliquod remedium, vel signum certum, & efficax deletionis originalis peccati. Et magis probabile est quod per aliquid signum sensibile, quam per aliquid intantum intelligibile tantum; quia pro toto statu nature lapsus congruit homini signa sensibilia respectu spiritualium; ergo rationale est aliquid Sacramentum saltem contra originale; fuisse in tempore leg-

gis nature. Si autem aliquod aliud, puta maxrimonium, vel aliquod correspondens illi a Sacramento nove legis fuerit illo tempore; de hoc inferas in tractatibus de illis Sacramentis.

Ad primum argumentum dico, quod Gregor non intelligit solum fidem pro solo habitu, nec tunc tantum pro actu interiori, sed pro actu exteriori sensibili protestante fidem: ille autem actus sufficere potuit habere rationem Sacramenti: & sic distinguatur fides sola, de fides solitaria sine sacrificiis contra fidem protestantam in sacrificio; & primum potuit ipse sufficere pro parvulis; forte autem ista protestantio fiebat in verbo aliquo invocandi Deum, vel offerendi parvulum Deo. Secundum autem, scilicet, fidem cum sacrificiis pro adultis fuisse necessarium potuit.

Ad secundum potest dici uno modo, quod potuit Deus tale Sacramentum revelasse alicui Patrium, cum quo tunc frequentius loquebatur, licet cui; & quando, Scriptura non dicit, que ad Adam usque ad Abraham, factis succinse pertransiit. Vel potest dici, quod expressa habetur ex Scriptura, quod pro tempore illo placerunt Deo sacrificia; quod non esset, nisi a Deo iussente instituta: immo reputarentur fatui & praesumptuosi, si talia sine divino precepto, vel inspiratione recitent; post Gen 4. de oblatione Abel & Cain, tum ex oblatione Noe, quoniam exivit de arca. Gen. 8. tum ex oblatione Melchisedech, qui erat sacerdos excelli Dei, ut dicitur Gen. 14. tum in ex oblatione Abraham dividit vasa; ergo. Et fuit iude ratio-nabile, quia homines tempore illius tuerantur prout ad idolatriam, ut patet ex tanta multitudine, que tempore illo de-flavit ad eam. Fuit ergo congruum la remedium, ne ad litam defluerent, quod Deus fuit cultoribus institueret sacrificia sibi offerenda. Possibile autem est quod aliquod determinatum sacrificium foret Sacramentum: non est enim contra rationem sacrificii, quod ipsa, vel oblatio ejus sit Sacramentum, & tunc (licet indistincte) habetur de tali Sacramento in diversis locis Scripturæ, quod lic institutum a Deo in lege nature.

DISTINCTIO II.

In prima distinctione agit Magister de Sacramento legis Moisaice & legis nature. In hac secunda dist. incipit agere de Sacramento nove legis. Hæc pars dividitur in duas partes. Primo namque determinat de eis conjunctam. Secundo de singulis separatim, ibi: *Nunc vero de Baptismi.* Prima habet duas partes, secundum quod primo determinat que, & quot sunt Sacramenta nove legis. Secundo de tempore institutionis, & efficacia eorum dicit ibi: *Si vero queritur.*

Circa illam distinctionem quarto.

QUÆSTIO I.

Utrum Sacramenta nove legis habiant efficaciam
à Christi passione?

ET videtur quod non: quia *9. Met. & 2. Phys.* dicitur quod *Causa in actu, & effectus in actu finis sunt. & non sunt.* (a) Sed passio Christi non est in actu, ergo nec effectus aliquis in actu: ergo &c. Item, aut ab illa tanquam prævia futura, aut ut exhibitæ: non primo modo: quia tunc potuissent Sacramenta veteris legis habuisse efficaciam per eam: tempore enim illius legis illa passio fuit prævia & præcredita: sed consequens est inconveniens, quia secundum Sanctos illa tantum promittebant gratiam, non ut exhibitæ: quia tunc Baptismus, & Eucharistia non haberent efficaciam per eam: erant enim instituta ante passionem Christi: ut patet inferius. Item, aut ab illa tanquam a causa principali, aut tanquam meritoria: non primo modo: quia nihil potest esse causa principalis Sacramenti: nisi quod potest esse causa principalis effectus significati per Sacramentum. Sed hoc non potest esse, nisi solus Deus immediate. Non secundo modo, quia respectu gratiæ nulla est causa meritoria: si enim est ex meritis iam non ex gratia, Rom. 9. Item si ab aliqua passione, hoc maxime iussit a laterali vulnere: per illud Aug. 15. de Civit. c. 26. ubi loquitur de Arca Noe dicens: quod *Osium in latere arce, profecto illud est vulnus, quando lapsus Crucifixi perforatum est lancea.* Hoc quippe ad illum venientes ingrediamur, quia inde Sacramenta manant, quibus credentes initiamur. Sed ab illo vulnere non potest aliquid Sacramentum habere efficaciam: ergo &c. Probatio minoris, quia illud vulnus fuit institutum corpori iam mortuo: ut patet Jo. 19. *Ad Jesum autem cum venissent, & viderent jam mortuum, &c.* Sed corpus Christi post mortem non erat causa meritoria alienius gratiæ. Contra, multipliciter in litera, & August. de Civit. ubi prius.

Respondendo hic, prima conclusio sit hæc, quod legem Evangelicam, congruum fuit Sacramentis perfectissimis adornari. (b) Probatio, hæc est lex perfectissima, quam Trinitas disposuit dare homini pro statu viæ: est enim ultima secundum illud Mart. 26. *Novi & æterni Testamenti.* id est, post quod nullum aliud est iterum: in processu autem ab imperfecto ad perfectum, posteriora sunt perfectiora: illud etiam est proximum, perfectissimum, scilicet, status finalis beatitudinis: ergo competeat homini in statu illius legis perfectissimis adiutoris ad gratiam præparati: secundum sui perfectissimum Sacramentum: ergo &c. Item probatur: sequendo sic: Perfectissima causa meritoria gratiæ, quam Trinitas disposuit dare generi humano, fuit Christus complens cursum suum in hac vita nobiscum: causa autem meri-

meritoria iuste inclinât Deum ad conferendum bonum illi, pro quo talis causa meretur: causa etiam illa exhibitæ plus impetrat, quam promissa: ergo per passionem Christi exhibitam, & confirmativam legis novæ, congruum fuit maxima adiutoria ad gratiam hominibus contenti pro tempore illius legis observandæ: ergo &c. Conditio ista per fictionem horum Sacramentorum exponitur perfectissimæ, & quantum ad intentionem perfectionis, & quantum ad extensionem. Primum, quia perfectio Sacramenti consistit, in perfecto significando vere, quantum ad cognitionem, & in gratiam perfectam exaudiendo: ergo Sacramenta nove legis debuerunt esse perfectissimum primo modo, quia est lex veritatis: secundo modo quia est lex gratiæ, unde Joan. 1. *Gratiæ, & veritatis per Jesum Christum facta est.* Secundum, scilicet perfectio maxima quantum ad extensionem declaratur, quia sicut in vita naturali primum est generatio, & deinde sequitur nutritio, & roboratio & sanitatis perditæ reparatio, & hæc quatuor pertinent ad quamlibet personam singularem: præter hoc autem requiritur aliquid pertinens ad communitatem, quo aliquis constituatur in gradu necessario ad aliquem actum necessarium communitati. Ita spiritualiter ad completam perfectionem extensivam, oportet esse adiutorium aliquid pertinens ad generationem spirituales; & secundo aliquid pertinens ad nutritionem: tertio pertinens ad roborationem; quarto ad reparationem post lapsum. Præter hæc autem quinto requiritur aliquid esse, quo extens finaliter præparetur; quia vita ista spiritualis quædam viæ est ordinis, ut bene vivens in ea, de ipsa sine impedimento transeat ad aliam, pro qua præparatur. Hæc ergo quinque requiruntur tanquam adiutoria necessaria personæ cuiuscunque pro se. Ad bonum autem communitatis observantis istam legem requiritur & multiplicatio autem communitatis bono spirituali, sicut natura carnis, quia ista præsupponitur bono spirituali, sicut natura gratiæ, & multiplicatio spiritualis aliquorum in ista lege: sic ergo congruum fuit septem adiutoria contenti observatoribus legis Evangelicæ, (a) in quibus esset perfectio non tantum intensiva, sed etiam extensiva, & sufficientes ad omnia necessaria pro observantia huius legis; hæc autem sunt (ut dicit Magister in litera) Baptismus pertinens ad generationem spirituales; Eucharistia necessaria ad nutritionem; Confirmatio ad roborationem; Penitentia ad lapsi reparationem; Extrema Unctio ad finalem præparationem; Matrimonium ad multiplicationem in esse nature vel carnalis; & ordo ad multiplicationem in esse gratiæ vel spirituali.

Secunda conclusio hic declaranda, sit hæc. Omnia instituta sunt à Christo, vel à Deo pro tempore istius legis: quod breviter ostendit hic, quia de singulis in locis eorum propriis plenius apparebit. De Baptismo patet, quia fuit institutus a Christo vivente, quia discipuli baptizabant, ut patet Joan. 3. & præceptum fuit ut publice prædicaretur, Matth. ultim. *ite, docete omnes gentes baptizantes eos &c.* De Eucharistia patet ejus prædicatio diffusa Joan. 6. sed institutio in

a Rom. 2. in ca. 37. b Vide Bon. & alios antiquos hic.

a Discursus mirabilis.

62 De Confirmatione patet institutio Joan. 20. *Accipite Spiritum Sanctum* &c. vel in die Pentecostes, *Actuum* 2. (a) De Paenitentia dicitur quod est instituta Jaco. 5. *Confitemini alterutrum* &c. sed hoc non videtur probabile ex processu litteræ, quia statim sequitur: *Orate pro invicem* &c. Manellium est enim quod per illud sequens non intendebat aliquid Sacramentum institui, nec promulgare: nec etiam erat apud Jacobum auctoritas instituenti; aliquid Sacramentum; sicut post tangetur in ratione ponenda ad istam conclusionem: Melius ergo est; ut dicitur in iustitia Joan. 20. *Accipite Spiritum Sanctum; quorum remiseritis peccata* &c. & promissum Matth. 16. *Libi dabo claves regni cæli; & quocunque ligaveris* &c. Illa enim potestas non erat principaliter dimittendi peccata, quod est Dei proprium; sed arbitrandi de dimissione peccati arbitrio approbato à Deo; sic autem arbitrari est in foro Paenitentia solvere, vel ligare. De Extrema Unctione dicitur, quod Jacobi 5. *Infirmum quis in vobis*, &c. sed licet ibi promulgetur illud Sacramentum; est melius dicere, quod fuerit institutum à Christo. Legimus enim *Marci* 6. quod Apollodis ungebat oleo multos infirmos, & sanabantur: constat quod hoc non fecerunt nisi in virtute Christi; quod instituerat illam unctionem virtuosam. De Matrimonio apparet Matth. 21. *Non legitis* (ait Christus) *quia masculinum & feminam fecit eos*, supple Deus; & dixit, supple per os Adæ, *Quamobrem relinquet homo* &c. ubi Christus approbat; & ratificat id quod Deus in statu innocentie per os Adæ publicavit. De Ordine Matth. 26. *Hoc facite in meam commemorationem* &c. Joan. 20. *Quorum remiseritis peccata* &c. Hæc enim duo pertinet ad ordinem sacerdotalem, scilicet peccata respectu corporis Christi veri, & peccata respectu corporis Christi mystici, ut dicitur in materia de Ordine. Quod autem hæc omnia à solo Deo fuerint instituta, patet per illud quod statim est in generali de institutione Sacramenti. Nulli enim competit ligam instituire practicum, nisi vel respectu alicujus actus sui proprii, vel respectu alicujus qui subest sibi, quantum ad illam actum: Sacramentum autem est signum practicum respectu effectus Dei proprii; & Deus non potest in actu sibi proprio alicui alii subesse, ergo &c.

Ex his duabus conclusionibus patet solutio questionis, exposito primo intellectu questionis; quia Sacramentum habere efficaciam, est ipsum habere regulariter effectum significatum concomitantem: ergo ab illo habet efficaciam a quo est, quod effectus concomitetur. Quod autem sic concomitetur, potest esse ab aliquo dupliciter: Vel tanquam a causa principali principaliter causante hujus concomitantiam: Vel tanquam a causa meritoria, quæ scilicet meretur, ut sit talis concomitantia. Et secundum hoc dico, quod Sacramenta novæ legis à solo Deo habent efficaciam, tanquam a causa principali: à Christo autem patente, sive à passione Christi habent efficaciam, tam quam

quam a causa meritoria. Primum istorum probatur ex secunda conclusionem præhabita. Solus enim Deus instituit hæc Sacramenta. & efficaciam Sacramenti non potest esse ab alia causa inferiori, eam instituit. Hoc etiam patet sic; Solus Deus determinat sic ad effectum causandum sibi proprium: si enim possit ab alio determinari ad agendum; jam tunc causa secunda respectu ejus; effectus autem significati per Sacramenta sunt proprii soli Deo; ergo solus Deus potest determinare se ad causandum effectus Sacramentorum, regularet concomitantem Sacramenta. Hoc est autem Sacramenta habere efficaciam, scilicet habere effectus regulatè concomitantes: ergo à sola voluntate divina habent determinatum Sacramenta efficaciam tanquam a causa principali. Secundum patet ex dissin. 19. tertii lib. & quantum ad præsens breviter ostenditur sic: Homini factio Dei inimico per culpam disposuit Deus non remittere illam culpam; neque aliquid adiutorium dare ad talem remissionem sive ad consecutionem beatitudinis, nisi per aliquid sibi oblatum, quod gratiè acceptaret; quam offensam illa esset sibi displicens, vel ingrata: nihil autem potest inveniri gratiè Trinitatis, quam sit tota culpa & offensam generis humani displicens, vel ingrata; nisi sit aliquid obsequium personæ magis dilectæ, quam tota communitas illa, quæ ostendit per universalem offensam; fuerat, vel debeat esse chara, si non offensusset. Talem personam sic dilectam non potuit genus humanum ex se habere, quia totum fuit inimicum de una massa peccationis: ergo disposuit Trinitas personam sic dilectam sibi, dare generi humano, ac ipsam ad hoc inclinare, ut ipsa offerret obsequium pro toto illo genere: talis persona non est nisi Christus, cui non *ad mensuram dedit Deus spiritum charitatis & gratiæ*. Jo. 3. & tale obsequium est illud in quo maxima apparet charitas, quod est offerre se utque ad mortem pro justitia: ergo Trinitas nullum adiutorium pertinens ad salutem non contulit homini victori, nisi in virtute hujus oblationis Christi in cruce factæ, & a persona dilectissima, & ex maxima charitate, & per hoc passio illa fuit meritoria causa respectu boni meritorii collati homini victori.

Hic sequitur corollarium, quomodo in collatione talium remedium necessarium generi humano, concurrat & misericordia & veritas: Maxima enim misericordia opus est, homini inimico tanta remedia concedere: sed etiam maxime justitiæ est propter obsequium tam gratum, personæ tam dilectæ tantum remedium conferre illis, pro quo ipsa persona obtulit illud obsequium. Iustum enim est acceptare obsequium personæ tam dilectæ pro illo, pro quo offerret obsequium. Maxima etiam fuit misericordia in persona offerente; sic se offerre pro inimico Trinitatis; quam summe dilexit; sed etiam maxime, justitiæ, tam in comparatione ad Deum; quam ad hominem lapsam, quia non videtur maxime diligere Deum, & proximum, nisi pro tanto bono communi, scilicet, beatitudine hominis, ad quam Deus prædilataverat eum, & disposuerat eum non aliter per venturum, quam per illud obsequium, vellet istud obsequium exhibere.

bere. Ex istis patet aliud corollarium quod suppositum fuit in quaestione de Circumfusione, quia passio Christi cum esset causa meritoria respectu efficaciarum Sacramentorum veterum, & etiam respectu gratia collata antiquis Patribus: tamen majorem efficaciam habet respectu nostrarum Sacramentorum, & gratia nunc conferenda, quam tunc; quia iuste obsequium exhibitum ad bonum majus acceptatur, quam prius. Trinitas autem nunc confert, tanquam propter passionem Christi exhibitam, etiam a nobis creditam, ut exhibitam: tunc autem contulit ut propter eam a seipso praevisam, & ab aliis fidelibus praeteritam, ut exhibendam. Hinc etiam apparet, quare Baptismus aperuit iuniam, non autem Circumfusione, non quidem ex parte meritorum, quia quantumcumque magna gratia collata ut fiet in virtute passionis Christi praevisam, non contulerat, ut efficaciam ad finem gratia, scilicet ad beatitudinem, nisi prius obsequium illud esset solum: minima autem, si conferretur nunc in virtute huius obsequii iam soluti, conferretur tamen ut sufficienter disponeret ad beatitudinem. Exemplum in nobis, majus bonum contulerimus propter obsequium exhibitum, quam speratum.)

Ad primum argumentum dico quod etsi passio Christi non sit nunc in effectu, est tamen in acceptione divina: & hoc sufficit, ut sit causa meritoria. Patet enim quod non conferimus multa propter aliquod bonum non praesens in se, sed praesens in memoria nostra, si sit prae-teritum: vel in opinione, si sit futurum. Ad secundum potest dici, quod omnia Sacramenta novae legis habent a passione Christi ut exhibita, efficaciam, non quidem in actu exteriori, sed interiori exhibitam, ab instanti enim conceptionis Christus habuit meritum passionis, & in illo interiori actu consistit principalis ratio meriti; & inde quoque instituitur tempore vitae suae, potuit etiam habere tunc efficaciam a passione voluta perfecte ab ipso Christo, in qua volitione erat principalis oblatio, & principalis oblatio grata facta Deo. Nec potest dici quod sit passio illa accepta fuisset ante incarnationem vel passionem; quia etsi Deus eam praevidit, non tamen fuit oblata actu interiori, neque exteriori. Vel potest dici quod Sacramenta novae legis vivente Christo, omnia minorem habuerunt efficaciam, quam post ejus passionem, & tamen non fuit inconveniens, quod instituerentur ipso vivente: quia erant instituta non ut pro tunc, sed ut pro tempore post ejus mortem habitura principalem efficaciam. Ad tertium dico, quod intellectus Apostolorum est, quod gratia non habet causam meritoriam de condigno, in illo cui contulitur: tamen potest habere causam meritoriam de congruo, in eodem; in eadem; & causam meritoriam de condigno extrinsecam, maxime si illa causa meritoria extrinseca gratuite sit data illi, pro quo est causa meritoria, ut sit ei talis causa. Et si obijcis, Gratia data pro tali causa condigna non est gratia; quia aliquibus meritis est debita, etsi non meritis recipientis. Possit dici, quod in universis operibus Dei non iuris aliquid opus merite gratia, nisi sola incarnatio Filii Dei, & hoc si ad illam nulla merita praecesserant, quod utique verum est in ordinatione divina de il-

la Incarnatione; quia si tempore conceptionis praecesserant aliqua merita Mariae, tamen non erant bona absolute respectu incarnationis, sed sicut accelerationis, ut impleretur illa incarnatio praedicta. Bene ergo ait Aug. 13. de Trin. cap. 18. *In rebus per tempus erit, illa summa gratia est, quod homo in unitate personae conjunctus est Deo.* Ad ultimum, dico, quod si illud vultus fuit iustificum Christo post mortem (ut narrat Evangelium) Sacramenta non fluxerunt ab illo, tanquam a causa meritoria: sed dicuntur specialiter inde fluxisse propter quandam similitudinem expressionem eorum, quae ibi fluxerunt, ad sensibilia, quae sunt in quibusdam Sacramentis. Sanguis enim specialius assimilatur spiritui sancti, sub quo est sanguis & Enchiristia: & aqua specialius assimilatur materiam Baptismi, quae sunt duo principalia Sacramenta. Et iste intellectus potest haberi. *Extra de celebrat. Mis. in fi.* ubi dicitur, quod in illis duobus, scilicet aqua & sanguine duo maxima Sacramenta redemptionis, & regenerationis valent.

QUESTIO II.

Utrum baptizatus Baptismo Joannis, necessario tenebatur baptizari Baptismo Christi?

HIC agit Magister de Sacramentis novae legis de singulis sigillatim: & primo de Baptismo, quod est primum Sacramentum: & prout aliorum, prout in 2. dividitur. Primo agit de quadam praesensulo ad verum Baptismum, scilicet, de Joannis Baptismo. Et secundum de vero Christi Baptismo in principio dist. 3. ibi (Post hoc videntur ad 1. et.)

Circa istam partem, quaero, Utrum baptizatus Baptismo Joannis necessario tenebatur baptizari Baptismo Christi. Videtur quod non, quia Magister in *littera c. ultimo* dicit, & quod semper non potuerunt in Baptismo Joannis & Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum credebant, non sunt postea rebaptizandi. Item, in receptione Sacramentorum, quod datur non est iterandum: sed si aliquis omittatur cause est supplendum; *Extra de clerico per saltum promotus c. unico* & de Sacramentis non iterandis. cap. 1. sed in Baptismo Joannis dabatur absolute exterior: ergo si deum iteratum, illa fuit splendenda, sed non exterior iteranda. Contra, de consue. dist. 4. aliud, & accipitur ab Aug. super Ioan. hom. 5. *Si quis baptizatus Joannes iterum fuit baptizandi: plane iterum, sed non iterato Baptismo: quos enim Iudas baptizavit & Christus: quos baptizavit Joannes non, &c.* Item, August. de Baptismo contra Donatistas lib. 5. *Christus tali Baptismo mundas Ecclesiam, quo accepto alterum non erat necessarium. Joannes autem tali Baptismo pergebatur, quo accepto esset Baptismus dominicum necessarium.*

Respondendo, potest intelligi dupliciter Ioannem baptizavisse. Uno modo, in forma Baptismi Christi, quam potuit scire a discipulis
Tom. II. E Chri-

Christi, vel ab aliis audientibus eos baptizare, & tunc non dicitur proprie Baptismus Joannis sicut nec non dicitur Baptismus Petri, vel Pauli. Illum enim errorem reprehendit Apostolus 1. ad Corinthios. Et si illo modo baptizaret Joannes, planum est quod talis non eilet iterum baptizandus. Alio modo potest intelligi Joannem baptizasse non in forma Baptismi Christi, sed vel in aliqua alia forma propria, scilicet in nomine venturi: vel absque aliqua forma, & de se baptizato iam videtur manifestum quod erat baptizandus Baptismo Christi; tum propter preceptum ejus generale obligans omnes, quod preceptum non impleverit baptizatus a Joanne. (Illud autem preceptum generale fuit rationale: quia rationale iur omnes obligari ad hoc, quod essent membra Ecclesie, & ad suscipiendum spiritum illud commune omnibus ingreditibus Ecclesie; tum quia medicina preparativa suscepta congruum est recipere medicinam curativam: & dispositione itaque indicat congruum est adhuc induci formam principalem: sed ille Baptismus Joannis erat sicut dispositio mere preparativa ad Baptismum Christi, ut per illa ab ablatione facilius inclinarentur homines ad suscipiendum ablationem sibi salutarem: nec esset molestum ipsis iam ad finale exercitias. Et hanc rationem innuit Joann. Baptista Joann. 1. *Baptizo vos aqua, (supple tantum) medius autem vestrum tetigit quem vos nescitis: qui (supple) baptizat vos, non in aqua tantum, sed in Spiritu & veritate.*

Si dicatur quod Magister locutus de baptizatis a Joanne primo modo, utente sicut forma Christi in baptizando, hoc non potest stare, quia infidelitas suscipientis Baptismum, non est causa sufficientis; quod oportet eum alias baptizari: dum tamen adit intentio suscipiendi illud, quod confert Ecclesia. Et si ergo a Joanne baptizatus non habuisset fidem Trinitatis, dum tamen intendere recipere illum Baptismum, quem Joannes intendebat dare (qui sic intelligendo poterat esse vetus Baptismus Christi) non erat ille postea baptizandus: cuius oppositum dicit Magister, de postea baptizandis.

Ad primum argumentum dico, quod non tenetur Magister: nec argumentum quod sumitur ex Actibus. 19. concludit. Verum enim est quod non habentes fidem fuerunt baptizandi Baptismo Christi; sed non sequitur; ergo habentes fidem non erant postea baptizandi, iste modus arguendi non tenet nisi in causis precibus, quod non est in proposito. Infidelitas enim non erat causa precisa rebaptizationis Baptismo Christi, immo magis quia prius non receperant gratiam Baptismi.

Ad secundum argumentum dico, quod major est vera, quando aliquis Sacramento Baptismi confertur, in Baptismo autem Joannis nihil Sacramento Baptismi conferebatur: ablatio enim exterior sine determinatis verbis, & determinata intentione prolatis, omnino nihil est Sacramento Baptismi, sicut nec quocumque alia balneatio. Et si objiciet, ubi ergo habet veritatem illa maxima, *Ubi omissum est aliquid, vane suppleendum est?*

Respondeo, vel non potest habere locum in Sacramento vere uno, quia

quia duobus concurrentibus ad illud Sacramentum, alterum sine altero nihil est Sacramenti: quia alterum sine altero nec significat gratiam, nec efficit, & tunc exponenda est illa maxima de diversis Sacramentis ordinatis, cuiusmodi sunt ordinatio in Diaconum, Subdiaconum, & huiusmodi, & de talibus est ibi sermo. Vei si possibile est in aliquo Sacramento vere uno unam partem esse sine alia, puta in Eucharistia (loquendo de speciebus panis & vini) ibi locum habet illud, *quod omissum est, est suppleendum.* Sed in proposito non, quia ablatio Joannis nihil est Sacramenti Baptismi, ideo non valet.

DISTINCTIO III.

Supra Magister egit de quodam preambulo ad Baptismum Christi: hic agit de Sacramento Baptismi, & dividitur in duas, in proceum, & tractatum, qui incipit ibi *Baptismus dicitur*, in primis dividitur in partem principalem, & incidentalem, que incidentalis incipit cap. 4. Principalis dividitur in tres partes. Primo agit de partibus intrinsece pertinentibus ad Baptismum. Secundo de suscipiente Baptismum 4. *distinct.* Tertio de ministro *distinct.* Post hoc sciendum. Prima que pertinet ad preteritum lectionem dividitur in tres. Primo agit de quidditate Baptismi, sive quid sit Baptismus. Secundo de forma ejus, ibi; *Sed qui est illud verbum.* Tertio, de institutione ejus, ibi; *De institutione.* Et in illa tertia parte interfert de materia Baptismi, ibi; *Celebratur autem Sec.* Circa istam distinctionem tertiam querendum est de quatuor. Primo de Baptismi destinatione, an illa propria sit ejus, quam ponit Magister: *Baptismus est rursus, id est ablutio corpori exteriori, facta sub forma verborum prescripta.* Secundo de forma Baptismi, an haec sit praecisa forma ejus: *Baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.* Tertio, de materia, an sola aqua naturalis pura sit materia convenienti Baptismo. Quarto de institutione, utrum institutio Baptismi evacuet Circumcisionem,

QUESTIO I.

An illa definitio Baptismi quae ponit Magister, sit propria, scilicet: Baptismus est rursus, id est ablutio corporis exteriori, facta sub forma verborum prescripta?

AD primum arguitur quod non, quia pars non predicatur de suo toto: ablutio est pars Sacramenti Baptismi, quia secundo in August. 1. q. 1. dicitur. *Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.* Sacramentum ergo sicut non est verba, ita nec ablutio ipsa. Contra, Magister in dist. 1.

In solutione hujus questionis potest procedi sicut supra dist. 1. de definitione Sacramenti. Supponendo enim ex usu loquentium significatum nominis Baptismi, scilicet quod Baptismus significat quod-

dam speciale Sacramentum, ut si Baptismus significet abluentionem, sicut apud Judæos erat Baptismata corporum, & valorum idest abluentiones: tunc hoc quod erit *Sacramentum Baptismi* (intelligendo ibi constructionem intrinsecivam) significat Sacramentum speciale, & hoc tam specificando significationem, & effectum significatum, puta purificationem animæ a peccato originali, quoniam specificando fundamentum talis significationis, & relationis. Ex hoc (inquam) supposito apparet qualiter Baptismus potest habere definitionem. Cum enim dehisibile oporteat esse: ens positivum per se unum, & reale, & commune, ut habetur supra, (a) Baptismus non est pure non ens, sicut impossibile, & probatur eo modo quo supra de Sacramento, quia ratio ejus non est in se talis. Nulla enim est repugnancia quocumque sensui, vel quæcumque sensibilia inflicti a Deo id significandum efficiat abluentionem animæ a peccato. Neque etiam est purum non ens, sicut negativum, vel privatum, patet. Est etiam per se unum, quantum ad illud quod principaliter significat, quod est talis relatio signi ad tale significatum. Nec huic constat quod connocat correlativum suum, & fundamentum, quia si relatio quæcumque connocat: nec quod in fundamento sunt multa connocata, quia ut dictum est supra, talis relatio rationis potest fundari in quantumcumque distinctis in re: talis tamen connocatio bene prohibet habere definitionem primo, nihil enim habet definitionem primo: nisi substantia que non dehisit per aliquod additum; neque sicut correlativum auditur in definitione correlativi, nec sicut subiectum in definitione accidentis, talia enim habent definitionem, sed non primo, patet 7. *Metaphys. 6. illud autem palam*. Sola ergo tertia conditio, scilicet, quod oportet dehisibile esse ens reale excludit a Sacramento Baptismi, quod non habeat omnino peritiam definitionem; habet tamen eo modo quo secundæ intentionis, vel quæcumque relationes rationis definiuntur, quod sufficit quantum ad intellectum habentem scientiam per definitionem: eodem enim modo est dehisit, sicut illa cui correspondet quidditas in re. Secundo principaliter est videndum, an hoc fit ejus definitio, quam ponit Magister. Ubi notandum est quod duobus modis potest de fundamentum relationis poni, quam importat Baptismus. Uno modo, quod illa fundatur in toto isto, scilicet abluentione finalis & verba: tanquam in uno fundamento: & hoc est bene possibile non obstante unitate ejus, cum sit relatio rationis. Alio modo, quod ejus fundamentum sit sola ablutio, sola, inquam, idest, nihil aliud fundat, neque ut totum fundamentum, neque ut pars fundamenti: sed non sola, idest, ipsa sine quibuscumque aliis, immo oportet eam habere nuda alia concomitantia ad hoc ut fundet, scilicet, verba, & quod sit a tali ministro sic intendens: nec illud est inconveniens, quod respectus tales præcedant in fundamento relationem rationis, tanquam præsuppositi illi relationis rationis. Et sic in ista abluentione præcedit habitudo ad verba concomitantia, & ad personam suscipientem aliquam consentientem.

& sic

& sic in omnibus relationibus talibus præcedentibus in fundamento sic relatio per ipsas, potest poni, relationem significationis illius quam importat Baptismus, fundari. Si primum istorum poneretur, tunc cum in definitione accidentis in concreto ponatur totum suum subiectum, & non pars præcisè, sicut nec ipsum in concreto prædicatur de parte sui subiecti, sed de toto: non esset Baptismus, hinc Sacramentum Baptismi, ablutio; sed ablutio & verba simul. Sicut e converso ablutio non esset Baptismus, quia ablutio sola non esset subiectum, vel fundamentum hujus relationis, sed anno simul, scilicet ablutio, & verba: ergo nec alterum eorum denominatur per se ab alio. Si autem secundum poneretur, tunc sicut de abluentione denominatur prædicatur definitio Baptismi (licet illa ablutio intelligatur circumstantiata multis relationibus talibus ad hoc, ut ibi conveniat illa relatio) sic & e converso in definitione hujus relationis in concreto acceptæ, potest poni ablutio solo modo in recto, & omnia alia in obliquo cum quibusdam determinantibus significantibus illa determinare, sive circumstantiare ipsam abluentionem. Istorum duorum primum videretur verius, quia verba non videntur esse simpliciter necessaria, nisi essent signum, vel pars signi: si tamen diceretur quod essent quedam determinatio ipsius abluentionis, que est signum, & sufficit illud ponere signum magis, quam duo, quando in uno potest inveniri ratio sufficiens significandi, ablutio autem exterior satis potest poni significare abluentionem interiorem. Hoc ponendo, potest poni talis ratio Baptismi; quod Baptismus est ablutio hominis aliquam consentientis, facta ab alio in aqua; simul verba certa cum intentione debita præsentis, significantes efficaciter ex institutione debita abluentionem animæ a peccato. Quod si teneatur alia via, scilicet, quod verba sunt pars fundamenti, tunc potest poni alia ratio Baptismi: quod Baptismus est Sacramentum abluentionis animæ a peccato consistens in abluentione hominis aliquam consentientis, facta in aqua ab alio abluente, & in verbis certis simul ab eodem abluente, cum debita intentione præstitis. Qualiter autem particule posite in utraque ratione sunt necessaria ad rationem Baptismi bene patebit specialiter de singulari, in questionibus sequentibus. Nec est differentia inter istas rationes, quam eadem secundum utramque sint necessaria ad Baptismus: sed una ponit in definitione ejus solam abluentionem in recto, alia ponit & abluentionem & verba ex æquo ad ejus rationem pertinere, que differentia confurgit ex diverso operandi modo de fundamentum hujus relationis, an sit sola ablutio circumstantiata; an simul ablutio & verba. Patec ergo solutio questionis, quia Magister videtur loqui secundum illam opinionem, quod ablutio circumstantiata sit Baptismus; & sic ponendo tangit ea que principaliter pertinet ad rationem Baptismi: licet multa concomitantia debeant intelligi, que exprimit ratio illa; *Ablutio hominis* &c. (a) Ad argumentum dicitur, quod de re artifice

E 3

ciali

ciali bene predicatur materia, cum sit tota substantia artificiali, unde arca non tantum est lignea, sed lignum: Sacramentum autem, quia est res rationis, assimilatur artificiali.

Sed hoc nihil est, quia pars materiae non predicatur de artificiali, non enim domus est lapideus, sed ad esse domus requiritur aliud cum lapidibus, quia ut dictum est prius, nihil ponitur in concreto in definitione accidentis concreti, nisi illud de quo accidens predicatur in concreto; nullum autem accidens predicatur de parte sui subiecti. Oppert ergo dicere: suscipiendo definitionem Magistri, quod aliorum non est pars fundamenti relationis, quam includit Baptismus, sed est totum fundamentum, licet remouitur, inter quod & relationem signi mediant quaedam relationes rationis, ut dictum est. Si obicitur, quod neque sic potest describi, quia formaliter importat relationem rationis: illa autem non est aliquid reale, neque illa realis ergo &c. Respondetur, sicut relatio citius in concreto dicitur de re extra, quemadmodum hoc est verba: haec vox homo est nomen, vel signum naturae humanae, ita e converso in definito et tali concreto potest poni res extra, ut additur, tanquam fundamentum relationis, ideo non valet, sic de primo.

QUESTIO II.

Utrum haec sit praecisa forma Baptismi: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

AD secundum principale sic proceditur. Et hic arguitur quod haec non sit forma Baptismi: *Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Primo, quia cuiuscunque habeatis materiam & formam forma eius est in materia. Sed haec verba non sunt in aqua, nec in ablutione, ut in subiecto, & patet. Secundo, quia *Christus Matthaei ultim.* exprimit formam Baptismi, non exprimit istam: sed ab ipso habetur forma Sacramentorum, quae insinuat, ergo &c. Tertio, si ista est forma, aut ut verba, aut ut ista. Non ut ista, quia nihil falsitatis est in Sacramento veritatis. Non ut verba, quia veritas eius sequitur ordinem naturae collationem Sacramenti Baptismi: veritas enim orationis sequitur esse eius, quod significatur per ipsam: ista autem oratio significat collationem Sacramenti Baptismi: forma autem, eo quod est forma, non est posterior eo, cuius est forma naturaliter, sed prior, 7. *Metaph. text. 7.* Item, de partibus istius formae arguitur primo sic: *Quicquid veteri baptizant, & baptizati ab eis, quando veniunt ad nos, non rebaptizantur, non autem servant nostram formam, sed hanc: Baptizantur servus Christi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Item, secundum Pseudo-Dionysium verbum primae personae debet intelligere dominarium: ergo sufficeret dicere: *Baptizo te*, absque hac Pronomine, quod est, *ego*. Et confirmatur per illud Extra de Bapt. & eius effect. *Si quis, ubi di-*

cit glossa, quod Pronomen non est de substantia formae, quia plenum sensum generat haec vox, *baptizo* sine Pronomine. Item arguitur de confes. dist. 4. *Remittuntur*, ubi dicitur: *Si quis dicit te baptizo* & Secus baptizatus est, ex quo baptizare intendit: sed ibi non ponitur pronomen. Item, Ambrosius, de confes. dist. 4. A quodam. *Si in nomine Trinitatis, vel in nomine Christi baptizatus sunt non debent rebaptizari, quia sic Apostolus baptizatus sunt non debent rebaptizari*, & Item 5. de Trin. c. 7. *Idem est Patrem et eum, & genitorem esse: ergo aequo valore dicere, in nomine genitoris, & geniti, sicut Patris & Filii.* Item, Ambrosius de Spiritu Sancto c. 4. & ponitur in littera: *Si hinc mysterium Trinitatis tenetur. & una tantum persona nominetur, plenum est Sacramentum.* Item 4. Peribermianus, *nomen & verba transposita idem significantur*: ergo aequivaleat, si illa verba essent transposita: ergo ista forma non est praecisa. Contra de Baptismo, & eius effect. Extra si quis: *Si quis fuerit in aqua meris in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, amen; & non dixerit, Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, amen, non est per baptizatus.*

Hic primo videndum est, si aliqua verba possunt esse forma huius Sacramenti. Ubi advertendum est, quod (proprie loquendo de forma, prout est altera pars compositi) forma Sacramenti est ipsa relatio signi, quae formaliter est tale Sacramentum, & materia est totum fundamentum ipsius relationis. Verumtamen si in fundamento isto sint plura, ex quibus aliquo modo fit unum Sacramentum, quae non omnino aequaliter se habent, sed alterum sit quasi praevium, & determinabile, alterum quasi posterius, & determinatio praecedentis: primum potest dici, quod materia per quandam similitudinem ad materiam, & alterum forma. Materiae enim sequi, & determinare. Similiter illud quod est principalis, & actualius, potest dici forma respectu potentialioris. Similiter quod est spiritualis potest dici forma respectu eius, quod est minus spirituale. Ad propositum in fundamento relationis Baptismi concurrunt ablutio, & verba, sive tanquam partes fundamenti secundum unam opinionem, sive tanquam fundamentum & circumstantia fundamenti, secundum aliam. Si primo modo, pars principalior in significando sunt verba, quia secundum Augustinum, de doctr. Christiana c. 1. b. *Verba inter homines obviaverunt principium in significando; & similes sententiam dicit 15. de Trinitate.* Tunc propter istam principalitatem verba possent dici forma respectu alterius. Secundo modo patet, quod verba sunt determinativa respectu ablutionis, & sive sic, sive sic, patet quod verba sunt magis spiritualia ablutione. Sic ergo secundum istas metaphoras praedictas, patet, quod ubi aliquod signum concurrens sensibile in fundamento alicuius relationis Sacramenti, & aliqua verba simul, verba semper dicuntur forma. Haec de primo.

De secundo videndum est quae verba sint forma isto modo. Ubi

sciendum est quod in Sacramentis est aliquid necessarium simpliciter, scilicet ex parte Sacramenti, quod scilicet non existeret omnino non est Sacramentum, aliquid est necessarium aliquoties, scilicet ex parte ministrum, sine quo minister dispensando Sacramentum non potest vitare peccatum. Si quaratur de forma secundo modo necessaria, hoc est de forma necessaria observanda a ministro, dico quod in tota Ecclesia Romana forma necessaria haec est, de qua quæritur, forma necessaria scilicet ministrum, & hoc loquendo de ministro, cui competit ex officio baptizare. Quis fit ille dicitur *dist. 7.* nam illum non potest ignoratia excusare, quia tenetur scire illa que sunt sui officii, ad quod deputatur. Probat, quia quislibet minister in Ecclesia Romana tenetur necessariam illam formam servare, quam talis Ecclesia imposuit ministro: huiusmodi est illa, de qua quæritur, ut patet *Extra* in agnendo scilicet ad oppositum in illo *cap. si quis*. Si quas de forma necessaria ministro apud Græcos, dici potest, quod quantum ad aliqua verba non principaliter in forma, scilicet illa quibus exprimitur suscipiens, & actus, sive minister, Ecclesia Græca quandoque non voluit formam illam servare, cujus causam tangit Apostolus *1. Cor. 1.* *Hoc autem dico, quod unusquisque vestrum dicit, Ego quidem sum Pauli &c.* Gloriantur enim de ministris baptizantibus quasi eis adhiberetur Baptismus, & redarguit eos, & illam eorum contentionem dicens, *Disputat Christus?* & propter hoc ortum fuit inter eos schisma, & ordinatum inter eos ad istud schisma tollendum; ne minister exprimeretur in propria persona, nec actus in indicativo modo, sed operativo, quia tunc minister non significatur esse auctor Baptismi, sed tantum minister desiderans, & orans effectum Baptismi conferendum a Deo, & suscipiens etiam non exprimeretur in secunda persona, sed in tertia, quasi non præcisè recipere, quod recipit ab aliquo sermone suo dirigente. Verumtamen melius potuisset suscipiens suis se expressis, quam per hoc *servus Christi*, scilicet nomine proprio, non enim jam servus Christi baptizatur, sed baptizatur ut sit servus Christi, loquendo de servitio spirituali, quo Christianus est servus Christi.

De hac forma potest dici, quod quando tolerata fuit ab Ecclesia Romana, licita fuit eis, & pro tempore, pro quo instituta fuit, rationabilis fuit durante causa prædicta; sed cessante illa causa rationabiliter potuit forma communis fuisse eis imposita. Vel ergo Romana Ecclesia prohibuit illam formam quantum ad eos, & tunc peccant servando; & quod expressè non invenitur in aliquo capitulo specialiter mentionem faciente de eis) vel si permisse, seu licitum videtur eis illam formam continere, & si tali permissione, seu licentia stante, in Conciliis suis particularibus ordinaverunt inter se eam formam esse servandam, videtur quod minister eorum tenetur eam servare; sicut stante illa permissione Ecclesia Romana, quod aliqui hactenus immerito, alteri una. In illa Ecclesia, que determinavit etiam immersionem servandam, sic faciendum est, & est de necessitate ministrum, præceptum & modum propriæ Ecclesiæ servare. Hæc de forma necessaria ex parte ministrum.

Ter-

Tertio de forma necessaria ex parte Sacramenti, patet, quod ista non est talis, quantum ad omnia verba, ex hoc quod dictum est, quod Græci vere baptizabant, non tamen sub eadem forma. Unde advertendum est, quod in ista forma sunt verba principaliter pertinentia ad eam: alius autem non principaliter pertinent, quia exprimitur ministrum, actum, & suscipientem: ministrum enim, non est simpliciter necessarium alicui verbo exprimi, neque pronominè cuiuscumque personæ, quia non est in verbis Christi, *Matth. 28. vlt.* Alia autem duo scilicet actum, & suscipientem, necesse est exprimi, sed non determinate eodem modo, quo istis verbis exprimitur scilicet actus, verbo indicativi modi, & suscipiens pronominè secundæ personæ; sed potest actus exprimi verbo alterius modi, & suscipiens verbo alterius personæ, ut Græci exprimitur: ratio autem necessitatis quod ista duo sic, vel sic exprimerentur, fuitur ex illo *Matth. vlt. Baptizantem eos* &c. ubi exprimitur actus, & suscipiens. De verbis autem principalibus, quæ sunt, *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, an ista sint præcisè pertinentia ad formam?

Ad cuius intellectum advertendum est quod secundum *Philos. & Phys.* quadruplex est mutatio, scilicet, secundum substantiam, qualitatem, quantitatem, & ubi: sic secundum ista verba potest fieri quadruplex variatio, scilicet, secundum substantiam, alia verba ponendo pro istis, vel alium verbum pro illo, secundum quantitatem, apponendo, vel subtrahendo: & si apponendo, vel anteponendo, vel postponendo, vel interponendo: secundum qualitatem, scilicet, auferendo aliquam requiritam terminationem ad congruam locutionem, secundum ubi, transponendo. Et de quacunque istarum variationum dico, quod si varias intendit uti verbis quibus utitur tanquam forma Ecclesiæ, præcisè non baptizat: quia deficit sibi intento utendi verbis, quibus utitur, tanquam forma Ecclesiæ: intendit enim uti illis verbis alicuius variatis, tanquam forma præcisè Baptismi. Supposito ergo, quod non deficit intento, queratur ex parte verborum in se, que istarum variationum potest fieri cum forma, & que non? Et hoc de singulis per ordinem.

De prima dico, quod potest intelligi dupliciter, vel quod aliud verbum significatum quid ponatur in loco alicuius verborum illorum, puta alia vox; tamen idem & sub eadem ratione significans: vel aliud verbum simpliciter, scilicet, alia vox aliud significatum habens; & si secundo modo adhuc dupliciter, quia vel illud significatum est omnino disparatum a significato vocis, pro qua ponitur: ut si poneretur *Lapis* loco huius, quod est *patet*: vel est significatum conveniens omnino habens idem subtratum in re; & hoc contingit dupliciter, vel quia exprimit distincte tres personas sub aliis rationibus significatis, quam significantur per hoc, *Pater & Filius & Spiritus Sanctus* & sic est de istis nominibus *generis, gentis, & spiritali*: lita enim significant personas sub ratione proprietarium, non autem sub ratione substantium & hypostasium. Vel illa personæ significantur simpliciter, & hoc vel tanquam in toto colectivo, quomodo significat eos

hoc

hoc nomen *sanctae Trinitatis*; vel implicite ut in quodam importantem personam per correspondentiam effectus ad causam; & sic importantur per hoc nomen *Christus*. Hoc enim nomen significat Filium secundum naturam humanam, qui unctus est, & dat intelligere Patrem, a quo unctus est, & Spiritum sanctum, qui unctus est: sic ergo habere quantum ad istud nomen brum nomen aliud tantum secundum verum, vel nomen, aliud habens significatum omnino disparatum, vel nomina significata tres personas, non sub ratione personatum ut *genitor*, & *genitus*, vel non in significans ita collectivae, ut *Trinitas*, vel nomen connotans personas, sicut effectus causam. De istis omnique de primo patet, quod nomen eadem forma, quia in qualibet lingua potest fieri Baptismus; forte tamen non licet baptizantur ex officio, & solemniter uti verbis *cujuslibet linguae*, sicut nec in consecratione Eucharistiae, quia ordinavit Ecclesia Romana, quod officia ecclesiastica dicantur, & Sacramenta ministrantur in Latino Grammatico; & hoc rationabiliter, quia istud distinctus potest scribi, & proferri. De omnino impertinente patet, quod omnino forma non servatur. De nominibus significantibus proprietates, & non personas, ut *genitor* &c. dico quod non servatur in eis forma, quia Christus voluit personas vocari nominibus personatum, & rationabiliter secundum illud quod tacitum est in *primo lib. dist. 2.* ut licet Judaeis datum erat aliud nomen significans essentiam divinam sub propria ratione, quod ipsi vocabant nomen Dei *Tetragrammaton*, ita Christus dedit Ecclesiae nomina significata personas sub propria rationibus. Si etiam non sic dederit, tamen bene probable est in aliqua invocatione, nomen personae habere aliquam efficaciam, quam non habet nomen proprietatis personae; perendo enim aliquod donum ab aliquo pro amore Iohannis, citius impetratur, quam si loco nominis proprii poneretur nomen significans proprietatem suppositi. De nomine *Trinitatis* patet, quod Christus intellexit istas personas explicandas: in hoc autem nomine *Trinitatis*, tantum importantur implicite, & ideo quod dicit illud capitulum, *A quodam, Trinitas* debet intelligi explicite pro tribus personis.

De quinto, scilicet, de nomine *Christi*, patet, quod aliquando licitum fuit baptizare, *Actuum 2. 19.* & *10.* de Cornelio. Sed ad modo est baptizatus, si sic tradiderit, dubium est, videtur, quod sic baptizans peccaret mortaliter, immo omnino non baptizaret. Primum probatur, quia legem superioris nullus inferior potest revocare, nec impliciter, nec ad tempus, lex de baptizando in ista forma communi: *In nomine Patris. & Filii; &c.* promulgata iura a *Christo Matth. ultimo*; & ergo eam pro tempore, pro quo Christus non revocavit, nullus alius potest revocare, sed licet dispensaverit in ista lege pro tempore primitivae Ecclesiae, quia licet ratio dispensandi, ut divulgaretur nomen *Christi*; tamen illa ratione cessante, non dispensavit, ergo nullus inferior pro tempore illo posteriori potest aliquo modo a lege illa absolvi. Confirmatur probatur secundum, quia forma tradita communiter semper manet forma, nisi per forme intentionem

toem pro aliquo tempore fiat aliqua dispensatio. Sed forma non fuit dispensative tradita; nisi pro tempore. pro quo fuit dispensandi ratio, scilicet in Ecclesia primitiva, ut nomen *Christi* divulgaretur, ergo tempore illius dispensationis cessante, forma illa sola manet, quae fuit forma ex institutione. Quid ergo? Non audeo dicere, quod baptizatus hodie in nomine *Christi* est baptizatus, sed nec audeo dicere (a), quod non esset baptizatus, quia non lego ubi fuerit illa dispensatio revocata. In hoc ergo casu reputo dubium, an talis sit baptizatus?

Circa istum autem tale remedium habendum est, sicut universali-ter in aliis dubiis adhibetur, de quo *Extra de Baptismo* & eius effectibus de quibus dubium est, an baptizati fuerint, baptizantur verbis istis praemissis, *Si baptizatus es non baptizo te, sed si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris & Filii &c.* Et universali-ter in omnibus dubiis, quantum ad materiam & formam sunt tres maxime. Prima est ista, *Si possibilis adest, via iustissima est eligenda*, Secunda, *Si non adest possibilis via iustissima, proxima est tenenda*. Tertia est ista, *Cessante impossibilitate caute est supplendum, quod impossibilitas prohibet*.

De secunda variatione principali, scilicet secundum Quantitatem, dico, quod si aliqui addatur repugnans verbis principalibus forma, vel diminutus verba illa, nihil sit: quia non servatur forma, verbi gratia de primo, si sic dicatur, In nomine *Patris majoris, & Filii minoris &c.* Verbi gratia de secundo, si praemittatur, vel disjunctur vel interponatur aliqua conditio, quae non existat, utque; *Si ego sum omnipotens, ego te baptizo &c.* Vel si sit aliqua oratio disjunctiva contra rationem formae: quia disjunctiva non ponit determinatam alteram partem, & eodem modo de similibus. Similiter si anteponitur, vel postponitur aliqua non repugnans, sic si alter, non de interpositione tamen, esto quod non sit aliquis distrahens, vel repugnans est speciale hoc; quia si interruptur unitatem debitam formae, non manet forma: quando autem talis unitas necessaria interruptur, judicatur ex alius actibus humanis: quando enim est communi loquela, ex interpositione impertinentis non judicatur, quin possit prius sermo continuari, consimiliter nec debet in proposito iudicari; ut pote si quis inciperet orationem, & diceret *Tacet*, vel *recedit*, non propter hoc esset necessarium incipere orationem, sed non obstante tali interruptione possit eandem continuare, & completere. De subtractione vero, si subtrahatur aliquod verbum de non principalibus, dicitur est prius. Si autem de principalibus aliquod subtrahatur, nihil sit, quia quodlibet verbum horum est per se necessarium ad formam; sed si subtrahatur aliqua syllaba per incompam non propter hoc destruitur forma: non enim voluit Deus omnino determinare hominem ad verba in Sacramentis, ultra illum modum, quo verba sufficienter ad exprimendum conceptum: sed cum incompa

bene

bene intelligit audientem conceptum loquentis; hoc autem magis cavendum est in verbis sacramentalibus, quam in aliis verbis propter reverentiam Sacramenti: nec tamen audent dicere, quod non vitium eam peccet mortaliter, si non vitat non ex contemptu, sed ex quadam infirmitate, vel consideratione humana, quæ non præcaverit omnibus quantum potest.

De tertia variatione principali, quantum ad Qualitatem, id est, terminations, quæ pertinet ad congruitatem, patet per illud cap. de consecr. distinct. 4. *Reservetur*, ubi Papa respondet de Sacerdote, qui baptizavit, in nomine patriæ, & filii, & spiritus sancti. Quod si hoc fecit ex imperitia lingue latinæ non intendit inducere errorem, vere baptizavit. Quod intelligendum est, quando est talis incongruitas in huius distinctionis, que non prohibet quin possit capi conceptus significatus per distinctionem. Et quomodo hoc fit possibile bene experiantur aliqui audientes quosdam illiteratos, qui loquuntur incongrue, & tamen bene concipiunt quid volunt dicere, etiam quantum ad singula verba.

De quarta variatione principali, scilicet, *ubi*, dico, quod aliqua transpositio omnino variat sententiam, ut si diceretur, *Ego Patris, baptizo te in nomine Filii &c.* Aliqua autem transpositio permittit ut transposita teneant quasi eandem virtutem in ipsa forma, ut si diceretur, In nomine Filii, & Patris &c. Et prima transpositio impedit, quia autem conceptum orationis, ut insinuat est: secunda non impedit, quia ceteri congruum esset servare ordinem profertendo personas, qui est personarum secundum ordinem, & necessarium fit hoc quantum ad ministrum; tamen non impedit omnino cessatium ex parte Sacramenti, quia persone quocunque ordine nominatae, sunt unum efficiens principale in Baptismo; & ut sic invocantur.

Ad primum argumentum patet ex primo articulo, quod fit proprie forma hic, & qualiter verba sunt forma. Ad secundum patet ex secundo articulo, quod Christus expressit verba, que sunt principalia in forma illi, & que non principalia, que sunt principalia in forma: idem fit potestate Ecclesie fuit determinata quibus verbis primæ, vel tertiæ personæ, & indicativæ, vel optativi modi exprimerentur suscipiens, & actus: & Ecclesia latina elegit exprimeret suscipientem in secunda persona, & actum indicativæ, & rationabiliter, ut notat in ministrum vere consecrante Sacramentum. Ecclesia autem Græca elegit aliter, & rationabiliter pro tempore ut dictum est, ut antea dicitur scriptura gloriantium de baptizantibus ministris. Ad tertium potest dici, quod divisio non est sufficiens, quia bene possibile est quod verba aliqua materialiter sumpta, sint forma in aliquo Sacramento: imo potuit Deus insinuat illi verba non significativa pro forma. Aliter potest dici, quod oratio ut vera non pro tempore prolationis, sed pro ultimo instanti complete prolationem, sicut dicitur inferius in materia de Eucharistia, & tunc cum arguitur, ut vera sequitur actum rei: verum est, quod consequitur ipsum ablationem, & ipsa ablutio importatur per hoc verbum *baptizo*; & tunc non

non erit sensus *baptizo*: id est Sacramentum baptismi confero; sed *baptizo*, hoc est, abluo. Ad quartum de Græcis patet. Ad quintum de pronomine ego; verum est, quod non est simpliciter de necessitate formæ, neque excessiva, neque ut insinuat in verbo primæ personæ, sed quantum ad Ecclesiam Latine (ad minus post tempus Alexandri) necesse est minime exprime *ego*, & glossi illa, *si quis*, cum probatione sua *Reservantur*, potest intelligi pro tempore præcedente illam constitutionem Alexandri tertiæ, *si quis*. Ad illud de Trinitate, & Christis, patet in dictis de prima variatione verborum. Ad illud de *gentioris* &c. dicendum quod Augustinus ibi intelligit, quod idem est *gentioris* & patet quantum ad hoc, quod est dicitur ad alterum, sive importare proprietatem ejusdem personæ: sed non sunt idem quantum ad primum (a) conceptum significatum utrobique, quia Pater significat primo, & per se suppositum in natura divina: aliud autem significat primo, & per se propriæ: & non est eadem vis nominis proprii & proprietatis nominis in invocatione facta alicujus personæ ad aliquem entium. Ad ultimum dico, quod propositio Philoophi vera est absolute de nominibus transpositis; sed non sequitur quod conceptus totius orationis ex talibus nominibus, sic, & sic transpositis sit idem: forma autem non constituit tantum in significatione complexorum, sed in significatione totius orationis.

QUESTIO III.

An sola aqua naturalis pura sit conveniens materia Baptismi?

AD tertium principale sic proceditur, & arguitur, quod non solum aqua naturalis pura sit conveniens materia Baptismi, quia aqua artificialis habet eadem accidentia cum naturalis, scilicet, humiditatem, frigiditatem, perspicuitatem, & huiusmodi: sed ex accidentibus cognoscitur, substantia, ex *provisi primi de anima*. Item mixtum est grossius aqua elementari: aqua autem artificialis est subtilior, vel saltem non grossior: ergo non est aliquid mixtum: ergo elementum, & non nisi aqua; ergo &c. Item miscibilia possunt separari a mixto *Primo de Generatione*: ergo aliquid potest adhibere activum passivum: cadendum talem separationem: ergo aqua artificialis potest esse aqua elementari separata a mixto. Confirmatur per illud *Exod. 7.* de ranis ubi ars demontium adhibuit activum passivum ad producendum flatum ex aqua fluvii ranas: ergo esse possibile est et converso per artem adhiberi activum passivum; ut hæc separatio elementum a mixto maxime cum resolutio sit facilior, quam generatio, vel compositio. Item, quan-

a B. Nomina, & verba transposita &c. dico quod licet idem significant non tamen pro eodem vel eisdem & aequaliter capiuntur propter proprietates logicæ, scilicet restrictione, suppositione, appellatione &c. ut patet in illis. Natura intendit nostrum, monstrum intendit Naturam nam prima est falsa, secunda est vera.

quantum ad illam particulam, pura, aqua naturalis ex secunda *Meteororum*. cap. 1. est subtilior, quam usualis, & patet per experientiam, quia per decoctionem, vel depurationem separatur terra ab aqua usuali, quae residet in fundo. Item, ex latere Christi fuit aqua, in qua institutus est Baptismus secundum illud, *Extra de celebratione missarum*. cap. in *quadam*: sed illud quod ibi fuit non fuit aqua elegantior, sed flegma, quia in corpore mortuo non statim est aliquis humor, qui sit aqua elementaris, nec per vulnerationem exiit aliquis humor, nisi qui tempore aperiitionis erat in corpore: sed tunc non erat in corpore aqua pura, ergo &c. Contra: Iohannes 3. *Nisi quis renatus fuerit (a) ex aqua & Spiritu sancto &c.* Item, per *Avic. Sci. an. artifices alchimia species per artem permutatari non posse.* Et Philosophus etiam. 4. *Metho.* ergo non possunt mixtura telovelvo in puram aquam.

Hic dicendum est proportionabiliter ad illud, quod dictum est in principio precedentis questionis. Materia enim proprie accipiendo, sicut illud in quo est forma rei, est totum illud quod est sibi sensibile, in quo iudatur relatio signi, quod est formale in Baptismo: sed sicut in illo toto sensibili aliquid est principialis, ut ultimatim determinat, & ideo dicitur forma, ita aliquid est in eis principale, vel determinabile, & illud dicitur materia: sed tale potest intelligi, vel proximum ad significandum, vel remotum. Proximum est ipsa ablutio visibilis, ipsa enim cum verbis, tanquam signum proximum significat effectum Baptismi; & ideo non urget non illa dubitatio prima. q. 3. *Detrahe*, ne forte alius bibat Sacramentum, quae vere est dubitatio minima, quia illa ablutio non durat nisi in *heri*, & quantumcumque aqua possit bibi, vel huc, vel illic transiendi, ipsa ablutio non: & intelligitur ablutio huc, non tantum sicut aqua dicitur lavare corpus, quasi formaliter, sed sicut homo dicitur lavare corpus cum aqua, quasi proprie active. Nam solus contactus corporis ad aquam, quae est quasi ablutio formalis non est institutus, tanquam signum, vel pars signi, sed ipsa lotio effectiva iacta ab aliquo abluciente. Nec oportet, quod sit ibi ablutio, prout distinguitur contra lotionem, & includit amotionem foridum a corpore per contactum aquae, sed sufficit lotio in communi dicta corporis ab aqua, alio hoc agens, quod nihil aliud est, nisi quod oportet istum contactum corporis ab aqua fieri ab alio causante contactum istum: & isto modo intelligendo ablutioem, & lotionem, lotio est materia proxima, quasi per se fundamentum, vel pars fundamenti istius significationis; aqua autem est materia remota, quae applicatur corpori in ista lotionem. Et hujus probatio non est alia, nisi quia sic institutum est, ut patet (*b*) *Jo. 3. Mar. 3.* Quae autem sit sit institutum, sicut aperta congruentia, quia aqua est frigida, fluida,

lucida,

lucida, necessaria, & communis, & haec omnes proprietates conveniunt illi humori, in quo debet fieri Baptismus, qui est ad reprimendam aliam concupiscentiam, ad fledendum rigorem inobedientiae, ad illustrandum claritatem fidei, ad introducendum in viam salutis: & hoc est commune omnibus, sicut lex ista, cuius hoc Sacramentum est initiativum, communis est omnibus ad salutem.

Quod autem in questione ponitur *naturalis* ad distinguendum aquam artificialem. Respondo. Quod aquae illae quae communiter dicuntur artificiales sunt corpora quaedam mixta, & non dicuntur aquae, nisi equivocate. Quod patet primo, quia ita est esse qualitates consequentibus totam speciem, quia una qualitas tunc non concludit identitatem substantiae, sed una diffinitio in tota specie concludit aistam esse instantiam. Illae autem quae dicuntur aquae artificiales habent ad tota specie aliquam qualitatem distinemlem aquae elementaris. Hoc patet secundo ex modo generationis istarum, nam impossibilis est tota natura secundo ex modo generata aliud, nisi servando determinatum processum per media determinata: tota enim natura creata non possit ex aceto generare vinum statim, sed oportet redire ad materiam primam communem eis, quae est aqua; quae attracta in supite vitis tandem in una convertitur in vinum, & ista sententia ponitur a Philosopho. 3. *Melaphy.* & patet ad sensum, quod ita est: sed istae aquae artificiales esse quocunque hnt, sunt non levato processu nature per media determinata ordinata. Istae etiam universaliter sunt per actionem ignis decoquentis, & relolvntis; ignis autem non videtur esse sufficiens in virtute activa ad convertendum vel convertendum quocunque mixta in aquam elementarem: propter quod universaliter concedi potest, quod quae illae quae dicuntur artificiales non sunt convenientes materia Baptismi, quia non sunt in specie aquae elementaris.

Quod additur in questione, *pura*, est intelligendum, quod impuritas in aqua potest intelligi duobus modis: vel propter mixtionem secundum iuxta positionem, ut aqua luto sit dicitur impura; vel propter mixtionem alterantem a specie, sicut humor mixtus dicitur non esse aqua pura. Et prima quidem impuritas non prohibet: dum tamen non excludat ab aqua, quam sit convenientem ad lavandum, vel abluendum. Nec est alia ratio, nisi quia sic institutum est. Unde aqua inhibita iarsine in pasta, vel in spongia, dum ibi est, vel in bibula in spisso luto, & sic de aliis, si contingant carnem, non sunt convenientes materia Baptismi tales aquae, quia talis contractus non est lotio, sed tantum contactus aquae fluidae libere conjungentis se cuti, vel separantis inter cutem, & aliud corpus. In secundo modo dico, quod aliqua impuritas potest esse manente aqua inter speciem: sicut forte si incipiat inspissari tendendo ad generationem elementis grossioris, ista non prohibet, dum tamen sit fluida; quod pro tanto dico, quia in glacie, nive, & grandine, quae tamen sunt imperfectae, vel in via ad mixtionem, dum talia sunt, non potest in eis fieri Baptismus, quia ibi non est lotio. Sicut nec in duro. Si autem per istam alterationem jam sit

EXTRA

a Cap. *his*, in *Avi.* expresse habetur.

b *Doctrina singularissima.*

extra speciem aquæ, omnino non est materia Baptismi. Et de quibusda a alterationibus satis patet, quia continent alteratum extra speciem aquæ, puta de humoribus naturaliter resolutis per digestionem, ut saliva, urina, & hujusmodi, juxta illud *Extra de baptismo, & ejus effectibus. (2) Non ut apponeres.* De aliis autem non est ita manifestum, puta de decoctionibus, & admixtionibus secundum sensum, in quibus non apparet evidenter, quod fit alterata species, ut patet de brodo crummo & farina, & hujusmodi, & curvina, & medone. Non enim manifestum est, quod fit ibi aliquid advena corruptum speciem aquæ, tamen hoc discutere non pertinet ad Theologum determinantem materiam Baptismi quantum haberi potest ex Canone Biblicæ. Neque ad Canonica determinantem conditiones materię, prout determinatur ab ordinatione Ecclesiæ; sed pertinet ad Philosophum naturalem, cujus est inquirere, quæ alteratio transierat aquam a specie sua, & quæ non. Quod si de aliquibus sit dubium, & in talibus faceret Baptismus tactus, utendum est ibi libertus maximis positus in solutioe præcedentis: quoniam de tametsi adhibendis circa eos, de quibus probabiliter ducitur.

Ad primum a argumentum dico, quod aqua artificialis, etiam habeat aliquam accidentia similia, tamen aliquod, vel aliqua dissimilia habet a tota specie, ex quibus sequitur distinctio substantiæ. Ad secundum dicendum, quod etiam aliqua aqua artificialis videtur subtilior, quam elementaris, quia magis penetrativa: ista tamen subtilitas non est subtilitas simpliciter, sed virtutis activæ, & hoc modo, vinum est subtilius, vel subtilius aqua: subtilitas autem inconveniens aquæ elementari est subtilitas simpliciter, eo modo, quo elementum est simpliciter mixto. Ad tertium concedo, quod possibile esset Angelum bonum vel malum adhibere aliquam aquam mixtam, ut passio, per quam resolveret ab eo aqua elementaris. Non enim negavi aquam artificialem esse aquam elementarem, quia ars ibi concurrit (quia non concurrit producens terminum, sed ut adhibens adivum passivo) sed dico quod nulla ars potest adhibere idem activum, puta ignem quantumcumque diversis mixtis, & passis, ita quod per illam agens fiat in mediate resolutio in aquam, scilicet, elementarem, quia illud idem agens non potest habere virtutem, ut sit sine ignis intermedii mutandi; neque etiam ita taliter diversis in eundem terminum corrumperendi.

Ad quartum patet ex dictis, de impuritate per jura positionem. Ad quintum respondet Innocentius ibi, quod illa aqua quæ fluxit de latere Salvatoris non fuit flagra, sed vera aqua, quod probat ex verbis Evangelistæ, *Et qui vult, testimonium perhibuit veritati.* Profecio non aquam, sed flagram dixisset, si non vidisset aquam, sed flagram. Probat etiam a posteriori per materiam Sacramenti Baptismi: *Nec in hoc, inquit verum regenerentis Sacramentum fuisse ostensum, cum per Sacramentum Baptismi non regenerentur in flagram, sed in aquam.* Probat etiam per aquam miscendam in Sacramento Eucharistiæ.

a Quarta Ri. dist. presenti q. 3. art. 3.

distiæ. Probat etiam quarto per figuram quæ præcessit super hoc in veteri Testamento, quando Moyses percussit silexem, & ex ea non solum flagra, sed aqua manavit. Ad probationem respondeo ibi, quod vel illa aqua fuit ibi de novo creata miraculose, vel de componentibus resoluta. Sed quæcumque creatur a aqua lateris Christi, quia illi sic fuit sibi placuit: non propter hoc ibi Sacramento suscepit efficaciam, ut supra dictum est: sed propter quendam similitudinem perfectionem ad Baptismum, & Eucharistiam: certum est tamen, quod Baptismus non potest fieri nisi in aqua usuali, quia Christus hoc instituit.

QUESTIO IV.

Utrum institutio Baptismi evacuet Circumcisionem.

AD quartum principale sic proceditur, (2) & arguitur, quod institutio Baptismi non evacuavit Circumcisionem, quia Math. 5. *Non veni solvere legem, sed adimplere.* sed Circumcisio erat præcepta in lege. Gen. 17. ergo Christus non evacuavit eam instituto Baptismo. Confirmatur, quia ipse Christus in seipso eam suscepit. Item Gen. 17. Dicitur fuit Abrahæ Circumcisio in fœderis sempiternum: ergo ad semper permanens, alioquin non fuisset sempiternum. Item, nullus inferior habet auctoritatem, revocandi legem Moysicam, & Circumcisionem, & non invenitur ubi eam revocaverit, etiam in novo Testamento, immo Christus toto tempore vite sua mortali eam servavit, etiam ante eam comedendo agnum Paschalem. Discipuli autem non habuerunt auctoritatem revocandi: ergo & Contra Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c.* ergo Baptismus post sui institutionem erat simpliciter necessarius ad salutem: ergo circumcisio est evacuata, quia non simul concurrunt duo remedia necessaria, & sufficientia contra idem. Item ad Gal. 5. *Si circumcidamini, nihil Christi vobis præstet.*

Ista Questio supponit Baptismum institutum fuisse in lege nova, quod verum est, & rationabiliter verum sicut patet ex multis auctoritatibus novi Testamenti, & Christi, & Apostolorum, in quibus probatur necessitas Baptismi, quod non esset nisi esset institutus in lege illa legitime. Quando tamen primo fuit institutus, dubium est. Non quidem quando Christus baptizabatur a Joanne, quia ille non fuit Baptismus Christi, id est in forma Christi, sed in forma Joannis: tamen Christus dedierat tunc aquam tanquam materiam idoneam suo Baptismo ex contracta tunc mundificata carnis, quia in legislatore confirmatus est usus aquæ, id est, ut ministerium. Nec etiam in illo verbo Jo. 3. dicit Nicodemus, *Nisi quis &c.* quia non est verisimile tam necessarium Sacramentum in conclavi coram persona privata institui.

Tom. IV.

F

quæ

a B. hæc questio licet sit juriæ & moralis tamen est profunda & polemica.

quæ non debuit esse præco institutionis illius. Neque etiam differaba-
tur institui usque ad tempus ascensionis, Marc. ult. Nam discipuli Christi
ante passionem baptizabantur baptismo Christi. Joan. 3. Dicunt discipu-
li Joan. ad ipsum, *Rabbi cui testimonium perhibuisti, ecce ipse bap-
tizat, & omnes veniunt ad eum, & sequitur, cap. sequenti; (a)*
Quamquam Jesus non baptizaret, sed discipuli e us. Convincitur
ergo tempus institutionis iussit ante illud tempus, quod discipuli Chri-
sti baptizabant, licet præcisè hora institutionis non legatur in Evan-
gello, illud etiam suppositum esse rationabile, quia Sacramentum prin-
cipale legis Evangelicæ, per quod scilicet intratur in ejus obser-
vantiam, debuit esse novum, & proprium illi legi, ut prius dictum est in
questione de institutione Sacramenti in communis distincti. D. ubi
etiam illud Sacramentum esse evidens in significatione, quia ista est
lex veritatis evacuans umbram. Et debuit esse copiosum in gratiæ
collatione, quia hæc est lex gratiæ. Jo. 1. *Gratia & veritas per
Jesus Christum facta est.* Debuit etiam esse facile, quia *jugum Chri-
sti suave est, & onus ejus leve.* Matth. 11. Item, debuit esse com-
mune, quia Deus ad legem Moysi elegit unum populum tantum:
sed ad novam legem totum mundum, *In omnem terram exivit &c.*
hæc quatuor inventiuntur in isto, scilicet, in ablatione cum verbis,
quia hoc evidenter significat inundationem animæ, quæ est effectus
principalis, & dat gratiam copiosè. Unde in Plal. dicitur aqua re-
frescit: *Super aquam refectiois educavit me.* Est & facilis, quia
nullo modo periculosa, sicut fuit Circumcisio, & communis omni se-
xui, & ætati.

Hoc ergo supposito tanquam verò, & rationabili. Videndum est
primo, quod erit susceptio baptismi simpliciter necessaria. Secundo,
an ex eodem fuerit Circumcisio evacuata.

Quantum ad primum dico, quod institutio præcessit promulgatio-
nem: non enim promulgatur lex, nisi primo sit determinata a legisla-
tore, a quo habet firmitatem, (& illa determinatio potest dici insti-
tutio) nisi etiam ab ipso sit revelata alicui, tanquam præconi so-
lemni, & hoc si per præconem illam voluerit promulgari. De hac in-
stitutione dico duo. Primum, quod propter eam non erat necessarium
simpliciter baptizari, quod patet. Jo. 15. *Si non venissem, & locutus
eis non fuisset peccatum non haberent.* Ex quo dicto accipio istam
propositionem, quod nullus tenetur ad aliqd præceptum divinum,
nisi per aliquem idoneum & authenticum illi promulgetur, vel fama
veridica, & testimonio bonorum, cui debet quilibet rationaliter
credere, & hoc intelligo de lege positiva, quoniam est nota interior in
conscience. Non ergo per solam illam institutionem præcedentem pro-
mulgationem obligatur populus numero ad baptismum, & hoc ma-
xime de isto præcepto, quia erat tantummodo positivum. Illud autem
positivum, quod præcessit de Circumcisione non debuit statim dimitti,
ex quo certum fuit, quod a Deo fuerat institutum: nisi etiam certi-

tudo fieret illud secundum fuisse datum a Deo: Hæc autem certitudo
de secundo non poterat haberi sine promulgatione authentica. Secun-
do dico, quod promulgatio hujus Sacramenti poterat poni duplex.
Una per modum consultiatæ per eam præcepti. Hoc autem fuit con-
gruum, quod primo promulgaretur per modum consilii propter du-
mum, quia lex Evangelicæ, quæ est perfectissima non debuit præci-
pitanter imponi, sed homines primo ad illam allici, cadentem adhuc
sub consilio, ut postea ex certitate possent sub præcepto imponi. Secun-
do, quia lex veteris non erat mala, sicut est idololatia, & ideo non
debuit subito repellitur hoc enim iussit repulsa, quia mala: sed debuit
Synagoga cum honore sepeliri, ut ostenderetur iussit bona pro tem-
pore suo. Impositio autem Baptismi per modum præcepti evacuatio
fuit Circumcisionis, saltem quantum ad necessitatem. Debuit autem
aliquando sequi promulgatio per modum præcepti, quia aliter nun-
quam haberet lex illa firmitatem, vel necessitatem, saltem quantum
ad illud Sacramentum. Et notandum generaliter quod promulgatio
facta de consilio divino obligat ad non continentium: qui enim con-
siliū continent, continent consulentem, inquantum consulentem
& ideo nolens servare consilium divinum Evangelicam, quasi con-
temnens illud tanquam irritabile, & infructuosum, peccat mor-
taliter. Unde vidant mordentes paupertatem Evangelicam, ne forte
(cum nolint servare quia non est necessarium) contemnant:
quia tales contemnentes, vel parvi pendentes contemnant Chri-
stum, qui hanc suavitati observati, tanquam meritum, & uti-
lem ad vitam æternam, ut habetur in 6. lib. de verb. signif.
Promulgatio autem per modum præcepti obligat non solum ad non
contemnentem, sed etiam ad observandum, si est affirmativum,
vel cavendum, si est negativum. Hæc autem dixi de consilio & præ-
cepto divino, quia fecit est de humano etiam loquendo de consilio,
seu præcepto hominis superioris, seu Prælati: licet enim tam consi-
lium, quam præceptum alicuius superioris continere idest irritabi-
le, & infructuosum iudicatur, sed non licet dum est prælatum con-
temnente non observando, quia dicitur Matth. 13. *Super cathedram
Moysi sederunt &c.* Illud de contemptu consilii vel præcepti superioris
probat, quia non tenetur alicuius necessitatio habere istam opinio-
nem de suo superiore, sed monitio ejus, vel præceptum potest in se
esse irritationabile, & infructuosum. Et rationaliter, & utiliter tunc
laborandum est ad ejus revocationem: ergo non tenetur subditus res-
titionem talis Prælati facere precipiens, & vel præceptum esse posse
putare præceptum ejus tanquam rationabile & fructuosum, sed potest
oppositum reparare, sicut est, & sic contemnente non approbando. Sic
ergo patet quod prima obligatio Baptismi per modum consilii obliga-
vit omnes ad non contemnentem, secunda autem per modum præcep-
ti obligavit omnes ad quos legitime venit, ad suscipiendum.

De secundo principali, (a) scilicet, an ex eodem fuerit Circum-
cisio

F 2

si evacuata, ex quo fuit susceptio baptismi simpliciter necessaria, dicitur, quod tempus quo baptismus fuit sub consilio, erat a priora publicatione eius usque ad Christi passionem, & hoc non evacuavit Circumcisionem, etiam quantum ad necessitatem. Illo enim tempore necessarium erat Iudeo circumcidere parvulum suum, quia nondum fuit illa lex revocata, sicut, nec alia imposta. A tempore autem passionis usque ad tempus publicationis Evangelii, fuit circumcisio licita sed nec necessaria, nec utilis; quia in Christi morte legalia sunt consummata, quod probatur ex illo Joan. 19. Morte imminente, dixit Iesus, *Consummata est*. Et si quæratur, quid erat parvulo Judæi in remedio contra originale, a passione usque ad publicationem Evangelii? Dicitur quod non Circumcisio, sed fides patrum, ut tempore legis nature. Tertio veto tempore post publicationem Evangelii Circumcisio fuit mortifera, pro quo tempore loquitur Paulus ad Galatas. 5. *Quid si circumcidamini* &c. Contra primum arguitur sic: Si unum præceptum inpositum totaliter revocat aliud, consilium, seu monitio de uno tacit aliud non necessarium, quia cuius actus præceptum est alterius prohibitio, ejus actus consilium est licentia de non observando reliquum: ergo si præceptum de baptismo erat prohibitio Circumcisionis, quantum ad iterum, & consilium de baptismo erat reddens Circumcisionem non necessarium. Hoc confirmatur, quia si ante passionem aliquis Judæus ad prædicationem Christi, vel Petri parvulum suum baptizasset & non circumcidisset, si parvulus fuisset mortuus, salvatus fuisset, quia recepit gratiam in baptismo: forma enim institutione baptismus contulit gratiam. Et si dicitur, quod verum est, quod parvulo sufficit baptismus, sed pater peccator non circumcidendo. Contra, quia ante octavum diem potuit baptizare parvulum, & ex quo ille habuit jam remedium contra originale, & hoc creditur pater (nam creditur baptismum efficacem ad hoc) tunc videtur quod non tenebatur necessario providere parvulo, de alio remedio. Contra secundum, quod dicitur de tempore inter passionem Christi & promulgationem Evangelii, arguitur sic, quia nullus aliter se habet nunc quam prius ad aliquam legem, nisi quia est sibi aliter promulgata: sed post passionem Christi; antequam Apostoli baptismum prædicarent non fuit baptismus aliter populo promulgatus, quam ante; ergo non aliter obligatur aliquis post passionem ad baptismum, quam ante: nec per consequens ad Circumcisionem aliter se habuit. Item ab eodem habent præcepta, scilicet, baptismus & Circumcisio vim obligandi, & medendi, seu curandi: patet per Bedam super illud Joann. 3. & ponitur in litera distinct. 1. *Nisi quis renatus* &c. *Qui nunc per Evangelium suum clamat terribiliter*, & *salubriter*, nisi quis renatus &c. (terribiliter, dicitur propter arctam obligationem: salubriter, propter efficaciam medelam) ille dudum clamavit: per legem suam: *Masculus cuius caro præparati circumcisio non fuerit, peribit anima ejus de populo suo*. Sed Circumcisio habuit vim obligandi usquequo revocaretur: ergo per idem habuit vim medendi usque ad illam revocationem. Sed per so-

lam

lam Christi mortem non est aliter revocata, quam prius, ut patet ex ratione præcedente; quia nulla lex est aliter promulgata: ergo &c. Item, post mortem Christi usque ad promulgationis tempus, Judæi tenebantur circumcidere parvulos suos, quia nullo modo constabat eis de revocatione Circumcisionis, non autem quis consulit eam parvulo, nisi ut utilem, & necessariam sibi ad salutem, quia tenebatur potestatem suam in ea, sicut & prius: ergo tenebatur de necessitate habere falsam opinionem de Circumcisione, quod nihil est dictum, quia Deus nullum decipit, nec obligat necessario ad discipiendum. Item, nunquam fuit homo relictus sine remedio certo, & de quo non esset certus, quod erat remedium certum: sed in illo tempore post passionem, ante publicationem nullum iuratum certum novum remedium datum eis, quia nec publicatum: ergo remanet inter quod prius, & æque certum remedium: ergo æque Circumcisio remanet, sicut prius. Contra tertium, quod dicitur de tempore post publicationem Evangelii apparet *Actuum* 21. cap. ubi legitur de Paulo qui ascendit Jerusalem, & ibi de consilio Jacobi & aliorum iteratum post quartam synodum habitam in Hierosolimis, purificatur secundum legem ascendit templum; & obtulit pro se sacrificium, quamvis solemniter ante jam ibi fuerit Evangelium publicatum. Patet *act.* 21. cap. quia ibidem dixit Jacobus: *Vide quot millia hominum in Judea crederunt* & omnes simulque sunt legis: ergo stantem tanta publicatione Evangelii ibi, & in ipso Paulo & in Judæis convertis approbatur observatio legis. Et ipse Paulus ibidem inter tot Christianos opus legis implevit. Quo autem tempore facta fuerit ista Pauli purificatio & oblatio secundum legem conspici potest partim ex texto Actuum, & partim ex Magistro historiarum. Illud enim fuit ante captivum Pauli per septem dies, sicut patet *act.* 21. Illa autem capto fuit circa principium regni Neronis, quia tertio anno regni Neronis venit Romam secundum Magistrum historiarum. Neio autem incepti regnari circa vicium annum post Christi passionem. In tanto autem tempore videret Evangelium satis publicatum fuisse, & maxime in Judea, ubi tamen Paulus observavit legalia.

Quantum ergo ad istum articulum dico, quod in Baptismo non est distinguere, nisi duo tempora: scilicet tempus quo erat sub consilio, & tempus quo erat sub præcepto. Et primum duravit a principio, ex quo prædicabatur Evangelium, vel Baptismus per Christum, vel per Apostolos usque ad prædicationem solemnem & authenticam ejusdem post Ascensionem Christi, ita quod primum tempus nullum habet differentiam per mortem Christi, nec post eam ex hoc solo, quod aliter occurrit post Baptismus, quam ante. Secundum autem tempus, ut credo, inceptum in die Pentecostes in Hierusalem, quia usque ad illum diem Apostoli non prædicaverunt publice juxta illud verbum Christi: (a) *Vos autem sedete in illa civitate, donec induamini virtute et alio*. Sed in die Pentecostes missio Spi-

F 3

ritu

ritu sancto solemniter predicaverunt, & apposita sunt illo die circumcisi, & baptizati sunt. *Act. 2.* Inde autem ad alias civitates secundum ordinem cuilibet loco, vel genti, etiam tempus secundum, quando ibi publice & solemniter predicabatur lex Evangelica, ita quod tempus non incipit simul apud quoscunque, sed de *Sion exibat lex & verbum Domini de Hierusalē*, juxta Prophetiam *Isaia*, & quibusdam incipit tempus secundum ad mentem post Pentecosten, & aliquibus ad annum, aliquibus ad decem annos, & sic dicecipi sicut eis predicabatur.

Sed quantum ad Circumcisionem distinguo quatuor tempora. Pro primo erit necessaria. Pro secundo utilis non necessaria. Pro tertio non utilis nec necessaria, tamen licita. Pro quarto omnino illicita & mortifera. Primum tempus Circumcisionis praecessit utrumque tempus baptismi. Secundum tempus Circumcisionis comitabatur primum tempus baptismi. Nam sicut argutum fuit prius, ex quo primo consuebatur baptismus, non fuit Circumcisio necessaria volenti baptizari: sed tunc curricur utrumque sub ditione, ut Judaeus eligeret quodcuque vellet: licuit enim, & prociuit sibi circumcidere si voluit (nec enim fuit tunc revocata quantum ad utile, nec quantum ad licitum) sicut etiam sibi, immo laudabile fuit baptizari, & hoc etiam factis congruum fuit, quod in tempore intermedio inter duas leges quando non subito prima tollitur, nec secunda imponitur: illo inquam tempore simul curantur ambae sub distinctione. Tertium tempus Circumcisionis euecrite cum secundo tempore baptismi, & hoc quantum ad Judaeos usque ad illud tempus Pauli, de quo argutum est prius: immo verisimile est, quod bene ultra, quia tempore purificationis Pauli videtur iratus in Hierosolymis approbare observantiam legis, & de ea conuincere Paulo. Sed quantum ad Gentiles conversos ad fidem, secundum tempus baptismi, & quantum Circumcisionis simul conuenerat saltem post 14. anna. apostionem Christi, vel circiter quando scilicet Paulus ascendit Hierosolymam ad seniores super illam quaestione consules, de qua habetur *actuum cap. 15.* ubi primo allegat Petrus istum Cornelium, de quo habetur *Act. 10* & deinde Iacobus, tanquam Episcopus in Hierosolymis profert sententiam secundum Magistrum historiarum dicens: *Ego iudico non inquietari eos, qui ex gentibus conuerterunt ad Deum, sed scribere ad eos, ut abstinent se a contaminacionibus, &c.* & de illis quatuor, duo, scilicet, abstinere ab idolatriis & fornicatione sunt necessaria. Et istos specialiter eis scribenda, quia de illis gentes minus curabant: duo alia, scilicet, quod abstinent a suffocato, & a sanguine non erant necessaria, sed bene congruebant, ut gentes conuerter ab ipis abstinerent, ne essent abominabiles Iudaicis, sicut in societate bene docet quod homo abstinet a quibusdam quaerit abominabilia foetis, licet non sint simpliciter illicita: ergo secundum tempus baptismi a principio sui totaliter recit Circumcisionem illicitam, quantum ad gentes conuersas, vel saltem post tempus tertii concilii

cilii Hierosolymis, de quo nunc tactum est, de quo seniores decreuerunt legem non debere imponi gentibus conuersis. 14. vel 15. anno post passionem Christi. Sed quantum ad Judaeos conuersos secundum tempus baptismi, nec a principio sui, nec post Concilium illud tertium Apollotonum, & exclusit omnino Circumcisionem, tanquam illicitam, nec alia legalia, sed multo post tempore licite seruebantur. S. obicitur, quod Paulus refertur Petto in Antiochia, ut ipse scribit *Galat. 2.* *Cum venisset inquit Cephas, in faciem eius resisti, quia reprehensibilis erat.* Et reddit causam. *Prius enim quam venissent quidam a Iacobo, edebat Petrus cum Gentibus. Cum autem uenissent subtraheret, & segregabat: se ab illis, timens eos, qui ex iudeis Circumcisionem venerant, & simulationi eius consenserunt ceteri Iudaici.* Sequitur ibidem reprehensio. *Si tu, Iudas cum sis, Gentiliter, & non Iudaice uiuisti, quomodo Gentes cogis sustinere.* Istud autem non erat diu post illud tertium Concilium in Hierosolymis, ut patet secundum Magistrum Historiarum. Nam quantum Claudii anno, uenit Petrus Romanam, & in illa uia uertus Romanam cum transiret Antiochiam, facta sunt ista: hoc autem erit factus cito post Concilium praescriptum, quod fuit. 14. anno vel 15. post passionem Christi. Respondeo, quod de isto factis Petri si peccauerit, vel non, uidebatur controversa inter duos egregios Apostolos sanctum Petrum, & Paulum, & postea inter doctores famulos Augustinum, & Hieronymum: Salua reuerentia aliorum, teneo cum Paulo & Augustino, licet enim Apostoli in actibus, uel uerbis quae dixerunt, ut homines protererent errare, tamen nullus Apostolus, uel Propheeta, in quantum scriptor alicuius partis Scripturae aliquo modo errauit, quia secundum Augustinum in epistola ad Hieronymum & ponitur in Canon. distinctio. 9. (a) *Si ad Scripturas diuinae admittunt fuerit aliquod mendacium, quantumcuque paruum, seu officiosum, nihil remanet in ea solidam ueritatem, quod conuincatur aduersarius. Quicquid enim contra ipsum allegatum fuerit, respondebit illud mendaciter esse dictum, iocose, uel officiose, ut est illud aliud quod conceditur ita esse dictum.* Unde dicit ibid. Aug. *Hic solus liber scripturarum, qui Canonici nominantur, hanc dicitur ferre ueritatem, quod nullum eorum in scribendo errasse firmissime credam.* Cum ergo Paulus ad *Galat. 2.* quae est pars Scripturae Canonicae, hoc scribit. *In faciem eius resisti, quia reprehensibilis erat, & subdit, Cuius autem uisum quod non recte ambularet ad ueritatem Evangelii: necesse est dicere ista uerba esse simpliciter uera, uel totius Scripturae auctoritas auctoritetur.*

Quaerendum est ergo, quis sit intellectus istorum uerborum, quia uera sunt; non enim potest dici, quod tunc reprehensibilis erat, quia seruabat tunc legem. Nam post illud factum etiam Paulus circumcidit Timotheum: illic enim tunc factum est post tertium Concilium, Barnaba adhuc existente cum Paulo in Antiochia post reuersionem eorum

Enchum de Hierusalem ut Magister historiarius narrat, quando, scilicet, Petrus peregrinus Romanus transivit per Antiochiam; Paulus autem circumcidit Timotheum post separationem ejus a Barnaba, quando tempore Syllae, profectus est ad visitandum fratres, quibus prius praedicaverat, ut patet *Act. 16*. Post illud etiam tempus bene ad quaesitor annos Paulus peritricus est secundum legem; & tota multitudine conversa in Iudaea observabat legem, *Act. 21*. Nec videtur quod reprehensibilis erat, quia fec observabat legem; scilicet in discedendo cibos, quia & hoc non magis fuit mortiferum, quam alia legalia, scilicet purificatio; & hujusmodi. Vel ergo dicitur reprehensibilis fuisse; quia in illo actu observabat legem ubi tenebat se a Gentibus in cibo & potu; & quod hoc non erat faciendum, videtur prius sibi fuisse dictum a Deo Actuum. 10. de Cornelio, vel quia prius non servans legem in hoc coram Gentibus; postea venientibus Iudaeis etiam in hoc observabat. Et utrumque istorum duorum posset poni multipliciter.

Primum enim poterat dici reprehensibilis, quia ad *quancumque ecclesiam veneris, illi te conformes* ait Ambrosius. Augustinus; ergo reprehensibilis fuit in Ecclesia Gentium non conformare se modo eorum vivendi, vel quia in hoc dabat *(a)* occasionem Gentibus servandi legem; vel quia offendens *facto* illud esse necessarium, vel saltem necessarium ad hoc ut converti ex Iudaeis vellent communicare cum eis, & saepe iniuciores facerent aliqua difficultas, non excluderentur a communicatione peritricorum: Ad istum intellectum potest referri illa reprehensio Pauli, *Genes. cogit Iudaeizare*. Galat. cap. 2. vel offendendo eis exemplo necessarium simpliciter fore eis servare legem, vel fore necessarium eis, ut sint digni communione Iudeorum fidelium; vel saltem laudabilis eis fore exempla majorum imitando, quam tunc foret oppositum. Secundum etiam potest intelligi, vel quia simulabat, non requirans hoc cordis esse faciendum, quod fecit in opere. Ex primo enim factis quod fecit in absentia nunciatorum Iacobis, apparuit, quod non sensit fore abstinentiam a Gentibus convertis ad fidem; & in secundo *facto* ostendit, quod hoc esset faciendum; & ad istum intellectum potest referri illud verbum Pauli, *promissionem eas consentiantur ceteri*. Galat. 2. Vel potest secundum dici reprehensibilis, quia non utebatur auctoritate Praelati; cum enim esset superior illis nunciis Iacobis, magis debebat ipse veritatem constanter tenere in opere; & eos adducere ad rectitudinem suam, quam propter timorem eorum flecti ad illud, quod erat eis placitum, vel magis acceptum; & talis remissio, seu timiditas Praelati est pro tempore reprehensibilis; & ad istum intellectum potest referri quod ait Paulus Galat. 2. *Sequebatur se ab aliis, timens circumcisos*, non enim erat ibi veteritior, quia simpliciter licitum erat Iudaeis non servare legem, & maxime quando erant inter Gentes; & hoc debuit Petrus exemplo suo ostendere nunciis illis, tanquam suis interioribus.

De

De sagulis istorum quatuor posset disceri qualiter, vel quantum esset reprehensibilis; & si possint verba Pauli in Scriptura salva; ibidem cap. 2. melius est dicere, quod quodcumque istorum ibi fuisse, potius fuisse veniale, quam mortale. Nec potest excusari Petrus, quod hoc fecerit propter scandalum Iudeorum vitandum, quia non erat ibi materia scandalii periculis, neque parvulis, sed tantum Pharisaeis; de quo scandalum non esse curandum docet Christus Matth. 15. Cui cum dixisset discipuli: *Scis quia auditio hoc verbo Pharisei scandalizati sunt*, scilicet de comedendo abique lotione manuum. Respondit, *Quid enim intrat in os non inquinat hominem*. *Et quia dicitur non curatis de scandalolo vitando* potest excusari Paulus in circumcidendo Timotheum; vel putando se: quia nullum illicitum est committendum propter scandalum quocumque vitandum. *(a)* Unde *Extra de regulis juris*, Qui scandalizaverit, nullius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur. Ad minus hoc verum est pro veritate vitae in praecipuis negativis semper, & pro semper; & in affirmativis pro tempore, pro quo sunt adimplenda. Breviter ergo Paulus licite inter Iudaeos servavit legalia; etiam multo tempore post terminum Concilium, & hoc tunc licitum; dum tamen ipse non poneret in eis spem; licet non esse utile, nec necessarium. Inter Gentes autem Gentibus se conformavit, quia licitum sibi legem non servare pro illo secundo tempore Baptismi. Petrus autem in Hierosolymis servans legem non peccavit, quia licitum Iudaeis, & inter Iudaeos legem servare tunc. In Antiochia autem inter Gentes conversos, non servans legem non peccavit, sed se conformans eis in cibis; & posthabeat peccavit: sibi enim licitum non servare legem; peccavit autem postea segregans se ab eis in cibis; & postea propter aliquam quatuor rationum predictarum; ut verba Pauli praedicta salventur. Et si quaeras quando fuit circumcisio simpliciter illicita etiam Iudaeis conversis?

Respondet, quod tempus illud non habemus in Scriptura aliqua, quia historiae Scripturae non perducit Ecclesiam ultra quintum annum Neronis, scilicet non ultra tricesimum annum a passione Christi; & ergo illo tempore etiam Iudaei conversi observabant legem, quod eis licuit. Nec credo quod hoc fuerit omnium usque ad conversionem Hierusalem, live ad dispersionem Iudeorum cum gentibus inter Iudaeos conversos: tunc enim forte conformabant se gentibus, inter quas erant dispersi; & sic paulatim cessavit etiam apud eos observatio.

Vel potest aliter dici, quod Deus per Apostolos, vel successores eorum determinato tempore simpliciter prohibuit legalia servari, licet de hoc non habemus in Scriptura, quia historiae Scripturae non

da

datur, vel durat usque ad illud tempus. Istud autem est probabile, quia Ecclesia tenet quod hæretici est dicere legalia currite cum lege Evangelica, ut habetur *Extra de Baptismo*, & *quæ est* cap. *Majores*, ubi dicit Innocentius. *Abiit ut in illam damnatam hæresim incidamus, quæ peperam affirmabat legem cum Evangelio, & Circumcisionem cum Baptismo servandam.* Non autem videtur, quod Ecclesia hoc iudicaret hæreticum ex sola omissione Judæorum quadam necessitate dispensationis, seu hujusmodi non servantium legem: sed videtur quod hoc fuit propter aliquam revocationem simpliciter tacitam a Deo.

Ad argumenta pro opinione præcedente. Ad primum, cum dicitur, quod Circumcisio non fuit ante mortem Christi revocata, verum est tanquam inutilis, & illicita, sed bene tanquam relaxata, ut jam non esset necessaria, quia consilium de alio remedio relaxavit præceptum de priori. Ex quo enim secundum fuit remedium simpliciter, & consuevit, licuit, immo laudabiliter licuit non uti remedio priori circa idem. Ad illud Joan. 19. *Confirmatum est*: Dico quod hoc intelligitur de his, quæ scripta sunt de filio hominis, juxta illud Luc. cap. 18. *Eccc ascendimus Hierosolyam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis.* Vel si illud referatur ad antiquam legem, sic debet intelligi. Continuumatum est in usum. Nam mors Christi cauta erat confirmationis legis Evangelicæ; sed illa non fuit confirmata, tanquam necessaria ad observandum ante predicationem ejus publicam, quæ non incipit in passione, sed in Pentecoste; tempore enim intermedio sedebat in cæculo, nemini solemniter vel publice prædicans.

Ad argumenta principalia. Ad primum dico, quod in lege etate moralia, sive legalia, judicialia, & ceremonialia, & quantum ad quodlibet istorum potest intelligi verbum Christi, *Non veni solvere* &c. quia Decalogus simpliciter manet, sed perfectius exponitur quam Judæi intelligunt, ut patet Mat. 5. *Audistis, quia dictum est antiquis, Non occides. Ego autem dico vobis: Quicumque dixerit fratri suo racha &c. Et: Non machaberis &c. Ego autem dico vobis: Quicumque videtur mulierem ad concupiscendum eam &c. Judicialia autem manent, non in se, sed in æquipollenti quantum ad usum. Finit enim judicialium erat pacifica cohabitatio hominum; & mores autem Evangelicæ plus valent ad pacificam conversionem, quam lex talionis: magis enim servatur pax, si non percutias percutientem, quam si oculus pro oculo, & dens pro dente reddatur. Unde breviter rulum judiciale illius legis (quæ illius legis) ligat nunc: Licet tamen bene Principibus nunc statueri aliqua quæ erant in lege Moyfi; & illa ligant auctoritate Principis nunc statuentis, non auctoritate legis veteris. Sicut licet uni regi in regno suo statueri leges, quæ est in alio regno: sed illa non ligat ibi, quia lex est alterius regni, sed quia instituta hic ab isto rege.*

Ceremonialia autem non manent in se, sed in suis significatis quia umbra transiit; & veritas succellit. Omnes enim illæ purificationes signi-

significabant purificationem a peccato, & illæ oblationes figurabant oblationem perfectam Christi, & actus quosdam lætitiæ, fidei, spei, & charitatis in Deum: & hæc sunt completa, hostia illa jam obata, & pro eam peccatis purgatis; & mentibus in cultum Dei directis. Dico ergo: quod non venit solvere legem, vel Circumcisionem quantum ad fructum ad quem erat instituta, immo perfectam eam, copiosius remedium, & longe perfectius insinuando, ut dictum est in declarando supposito illius quæstionis.

Ad confirmationem, cum dicitur, Christus in se fuit circumcisus. Respondeo, non oportuit legalitatem statim circa nativitatem suam legem ferre. Et ideo in principio sui temporis lex prior adhuc duravit, unde & illa quæ fuerunt legis nature ierunt observanda circa Moysem usque ad tempus cætionis legis in monte Sinai, ita hæc. Et eodem modo potest dici de agni Paschalis commensio in cæna, quia in morte Christi casualiter expiravit lex veteris, sicut non pro tunc, sed pro tempore publicationis hujus vetus & legis Evangelicæ. Et ideo usque ad mortem potuit Christus licite illa ceremonialia servare.

Ad secundam, potest exponi scdus sempiternum in se, vel in æquivalente: vel forte magis ad intellectum literæ, quod erat scdus sempiternum inter Deum & Abraham, & specialiter ejus semen: quia nunquam fuit aliquid signum specialiter inter Deum & illud genus: & tamen futurum erat aliquid signum fœderis inter Deum & totum genus humanum, & melius erat femini Abraham, transiit in illud scdus commune, quam remanere sub signo fœderis specialis: quia melius est partem esse in toto qui simpliciter bene fit, quam esse distinctum a cæteris partibus ut sibi aliqueliter bene fit, & aliis male.

Ad tertiam patet, quia quantum ad Gentiles conversos, præceptum de Circumcisione erat revocatum in tertio Concilio auctoritate Petri & Jacobi, immo Spiritus Sancti, quia ait Jacobus ubi *Vijum est nobis & Spiritui Sancto* (a). Quantum autem ad Judæos supponitur aliquando revocata, licet tempus revocationis non fuit simpliciter explicitum in Scriptura.

DISTINCTIO IV.

Postquam Mafister egit de Baptismo quantum ad eius intrinsecam, hic agit de suscipiendibus Baptismum: & consistit tota determinatio illius distinctionis in declarando quadam distinctionem trinitarem de suscipiendis: (b) quæ est, quod aliqui recipiunt Sacramentum & rem; alii Sacramentum & non rem; aliqui rem & non Sacramentum; & dividitur in tres. In prima, hujus divisionem ponit. In secunda, eam exponit. In tertia circa eam dubitationes movet, & ponitur secunda ibi: (*Sacramentum & rem*) tertia ibi: (*Solæ quæstio de illis*). Prima pars manet indivisa. Secunda dividitur in tres fœ-

cun-